Ἐφείω, *poët. pro* ἐφῶ, *resoluto* ω *circumflexo in* έω, *deinde metri causa interjecto* ι, 1 *sing. aor.* 2. *subj. act. ab* ἐφίημι.

Γνάμπτω, *fut.* ψω, inflecto, deprimo, persuadeo, domo; ἐπιγνάμψασα *nom. fœm. part. aor.* 1. *à* κάμπτω *idem*; *hinc* ἐπικάμπτω, persuadeo, animum ad alicujus voluntatem inclino.

568 Καθῆσο, sedebat, 3 *sing. pluſq. perf. pass. verbi* καθέζομαι, *perf.* -ῆσμαι, *pluſq. perf.* -ήσμην, ησο, ῆστο; *vel poët. pro* καθητο, *Ion. pro* ἐκάθητο, 3 *sing. imperf. verbi* κάθημαι.

569 Ὤχθησαν, molestè tulerunt, 3 *plur. aor.* 1. *verbi* ὀχθέω.

Οὐρανίων, ωνος, ὁ, cœlicola; *ab* οὐρανὸς, ῦ, ὁ, cœlum.

Ἥφαιστος, ου, ὁ, Vulcanus, *ita dicitur ab* ἅπτω, tango: ὅτι αὐτῦ οὐκ ἔστιν ἅψεσθαι, non eum licet tangere; *accipitur pro igni.*

570 Κλυτοτέχνης, ου, ὁ, inclytus artifex; *à* κλυτὸς, ὴ, ὸν, inclytus, & τέχνη, ης, ἡ, artificium; *hinc* τεχνάομαι, fabricor, arte conficio, aliquid dolosè machinor, *seu* molior.

571 Ἐπίηρος, ος, ὁ ἡ, gratus, desiderabilis; *per Syncop. pro* ἐπιήρανος *idem*; *in plurali*, τὰ ἐπίηρα, *ut hic*; *ab* ἐράω, diligo, desidero, *verso* ε *in* η, ἐπίηρα φέρειν, gratificari.

572 Ἀνεκτὸς, ὴ, ὸν, tolerabilis, tolerandus, ferendus; *ab* ἀνέχω, tolero.

573 Ἐριδαίνω, contendo; ἐριδαίνετον, 2 *dual. ind. præs. ab* ἔρις, ιδος, ἡ, contentio.

574 Κολοιὸς, ῦ, ὁ, graculus; *hinc* κολοιάω, graculorum more vocem edo; κολωὸς, ῦ, ὁ, strepitus, tumultus, turbatio. *Metaph.* ἀπὸ τῶν κολοιῶν,

κολοιῶν, *id est*, à graculis: *quippe aves gregatim volare solent magno cum garritu, strepituque*; *hinc* κολωάω, tumultuor.

Ἡδὺ, τὸ, jucunditas, voluptas, *cum leni Æol. pro aspirat. est indeclinabile*; *ab* ἡδὺς, εῖα, ὺ, suavis; ἧδος, εος, τὸ, *cum aspirat.* acetum *significat.* 575

Παραφημι, persuadeo, hortor.

Νοεύσῃ, intelligenti, *dat. sing. fem. part.* νοέων, *à* νοέω. 576

Νεικείησι, *pro* νεικέῃ, 3 *sing. præs. subjunct.* νεικείησι, *metri causa*, νεικείησι. 578

Ταράσσω, *seu* ταράττω, *f.* ξω, commoveo, turbo; *per Tmesin pro* ζυγὰ παράξῃ, 3 *singul. aor.* 1. *subj. proprie dicitur de aqua, cum limum in ea commovemus*; *à* ῥάσσω, pulso, dejicio, frango; *hinc* ἀράσσω, pulso, & *præponendo* τ, ταράσσω.

Ἀστεροπητὴς, οῦ, ὁ, fulgurum auctor; *ab* ἀστεροπὴ, ῆς, fulgur, *poët. pro* ἀστραπὴ, & *hoc ab* ἀστράπτω, fulguro, *quasi* ἄστρα ἰάπτω, *ab* ἀστὴρ, έρος, ὁ, *sive* ἄστρον, ου, τὸ, astrum, & ἰάπτω, mitto. *Ante.* παρὰ τὸ ἀστέρας ἰάπτειν *(inquit Eustath.) id est*, ἀστεροειδεῖς θέας πέμπειν, emittere fulgorem instar astri. *Sunt qui* ἀστεροπὴ *factum dicunt à* στεροπὴ, *idem*; *hoc autem* παρὰ τὸ στερεῖν τὰς ὄπας τῆ ὁρᾶν, quod oculos visu spoliat; vel, παρὰ τὸ ἀναστρέφειν ποιεῖν τὰς ὄπας, quod avertere cogat oculos. 579

Στυφελίζω, *fut.* ξω, aspere tracto, depello, everto, quatio, agito, disjicio, deturbo; *à* στυφελὸς, ὴ, ὸν, durus, asper; *quod à* στύφω, astringo: *quod quæ astringuntur & inspissantur, soleant indurari.* 580

Φέριστος, άτη, ιστον, potentissimus, *superl. à* φέρω.

Καθάπτεσθαι, *infin. pro imperat. more Attico*; καθάπτομαι, tango animum dictis; *item* mulceo; καθαπτικοὶ λόγοι, mordacia dicta. 581

Μαλακὸς, ὴ, ὸν, mollis, mitis, placidus, indulgens; *à* μαλάσσω, *fut.* ξω, mollio.

Ἵλαος, ου, ὁ ᾗ ἡ, placidus, propitius, benignus, clemens; *ab* ἱλάσκομαι, *fut.* άσομαι, placo. 582

Ἀναΐσσω, *fut.* ξω, sursum ruo, surgo; ἀναΐξας, *aor.* 1. *part. ab* ἀνὰ, & ἄϊσσω, ruo, cum impetu feror. 583

Ἀμφικύπελλον, ου, τὸ, poculum utrinque ansatum, *vel* labia introrsus inflexa habens; *quidam exponunt poculum geminum, ut Gaza ex Aristotele annotat: ubi ait ille, cellulas favorum esse geminas, ut sunt* ἀμφικύπελλα, *ab* ἀμφὶ, *in compositione*, utrinque, circum, & κύπελλον, ου, τὸ, cyathus; *sic dictum* ἀπὸ τῆς κυφότητος, *ob concavitatem vel curvitatem, à secundo aor. verbi* κύπτω, *fut.* ψω, pronus sum, inclino caput. *Sunt qui dici referunt quasi* χύπελλον ἀπὸ τῦ χέειν εἰς αὐτὸ πολὺν, *id est*, vinum. *Nota* δέπας *semper cum* ἀμφικύπελλον *adjungi.* 584

Τίθει, 3 *sing. imperf. pro* ἐτίθει, & *Attic.* ἐτίθη, *transumpta ab inusitato* τιθέω. 585

Τέτλαθι, *præs. imperat. à* τέτλημι, *à* τλάω, *sunt tamen qui aor.* 2. *esse dicunt, habereque anadiplasiasmum Ionicum, pro* τλὰ & τλάθι, *legitur &* τέτλα *pro* τέτλαθι.

Ὀφθαλμὸς, οῦ, ὁ, oculus, *quasi* ὀπταλμός· *ab* ὄπτομαι, video, & ἅλλομαι, salio; διὰ τὸ ἅλλεσθαι τὸ ὁραϊκὸν, in quo visus salit, aut ex quo salit visio; *vel quasi* ὀπῶν θάλαμος *per Syncop.* 586

Θεινομένην, cæsam, *acc. sing. fæm. part. præs. pass. verbi* θείνω. 587

588 Ἀργαλέος, έα, έον, moleſtus, difficilis, *pro* ἀλγαλέος, ρ *pro* λ *Attic. ab* ἄλγος, εος, τὸ, *vel quaſi* ἐργαλέος, *ab* ἔργον, opus.

Ἀλιφέρομαι, reſiſto, obviam me fero, occurro in certamine, repugno.

589 Ἄλλοτε, alias, alio tempore.

Ἀλέξω, arceo, adjuvo, opem fero; *tempora ſumit ab* ἀλεξέω· *fit ex fut.* 1. ἄλξω, *interjiciendo* ε, *ab* ἄλκω *inuſit. quod ab* ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur; *ſed* ἀλέξω, *fut.* ξω, curam gero; ἀλεξέμεναι *Dor. pro* ἀλέξειν.

Μάω, paro, cupio, quæro, *præt.* μέμακα, *per Syncop.* μέμαα, *hinc partic.* μιμαὼς, ῦῖα, ὸς, *hinc etiam* μέμαμεν, *Iliad.* ι. 638. *pro* μεμάκαμεν, & μέμασαν, *Il.* β. 863. *pro* μεμήκεισαν, *vel* μεμάκεσαν.

590 Ῥίπτω, *fut.* ψω, projicio, præcipitem do; *à* ῥέπω, vergo.

Τάζω, prehendo, capio, tendo, extendo; *venit à* τείνω· *hinc aor.* 2. ἔταγον, & *reduplicat.* τέταγον, *partic.* ταγὼν *pro* ταγών. *Poëtæ nonnunquam perfecti augmentum reliquis cujuſvis modi temporibus, maxime vero aor. tribuunt.*

Βηλὸς, ῦ, ὁ, limen domus; *à* βάω, & λίαν, *quod per limina ſæpius eatur*, Harm. *ſed* βέλος, εος, τὸ, *cum* ε telum; *à* βάλλω.

Θεσπέσιος, ῦ, ὁ ἡ, divinus, magnus, mirificus; ἐκ θεῦ πεσών· *vel* ὃν θεὸς ἂν ἐνίσποι· *à* θέσπις, ιος, ὁ ἡ, vaticinus, divinus, *à* θεὸς, & ἔσπω, *poëtic. pro* ἔπω· *hinc* θεσπίζω, vaticinor. *Vid.* β. 367. θεσπεσίη.

Ἦμαρ, ατος, τὸ, dies, *poët. pro* ἡμέρα, *quod deducitur ab* ἦμερος, ῦ, ὁ ἡ, ſuavis, *ad differentiam noctis quæ horrida & immitis eſt*; *vel* ἀπὸ τῦ ἰμείρειν, *quaſi* ἰμέρα, *quod eam maxime homines deſiderent*; *vel quaſi* ἁμὰ ἔῳ ῥέουσα, ſimul cum aurora fluens; *hinc* ζήμερον, η. 30.

592 Κάππεσον, *Æol. Syncope pro* κατέπεσον, *aor.* 2. *verbi* καταπίπτω, *poet. rejecto* α, & *mutato* τ *in literam ſequentem, euphoniæ gratia.*

Ἐνῆεν, *poët. pro* ἐνῆν, *ab* ἦν, 3 *ſing. imperf. verbi* εἰμὶ, *Ion.* ἔα, *poëtica Ecfaſi*, ἦα, ἦες, ἦε.

593 Κομίζω, *fut.* σω, curam gero, habeo, capio, recipio, excipio; *item* geſto, veho, porto; κομίζομαι, *voce media, idem*; κομίσαντο *pro* ἐκομίσαντο, 3 *plur. aor.* 1. *à* κομέω, curam gero.

594 Μειδάω, *vel* μειδέω, *fut.* ήσω, rideo, ſubrideo; μείδησεν *pro* ἐμείδησεν, 3 *ſing. aor.* 1. *à nomine* μεῖον, *quod de minore & leniore riſu quam* γελᾶν· *vel à* μεῖον & ὀδὼς, dens; *quod ſubriſione dentes parum nudentur*, Harm.

598 Οἰνοχοέω & οἰνοχεύω, vinum infundo, potum miniſtro, pincernæ munere fungor; οἰνοχόει, 3 *ſing. imperf. ab* οἰνοχόος, ῦ, ὁ, pincerna; *quod ab* οἶνος, ῦ, ὁ, vinum, & χέω, fundo; οἰνοχοεῖσθαι *autem dicuntur convivæ, à miniſtris vinum accipientes.*

Ἀφύσσων, ουσα, ον, hauriens, *part. præſ. verbi* ἀφύσσω.

597 Νέκταρ, ρος, τὸ, *vini genus, compoſitum ex favis & floribus odoratis, ex quo poëtæ finxere deos bibiſſe*; *à* νὲ, & κτῶ, occido, *inquit Martin. quod diis immortalem vitam ſuppeditet*; *ſed Harmarus annotat, ex Suida, dici quaſi* νέον κτέαρ, nova poſſeſſio: *juventutem enim ætate deperditam reſtituit.*

598 Ἄσβεστος, ῦ, ὁ ἡ, *vel* ἄσβεστος, η, ον, inextinguibilis; *ab* α *privat.* & ζέννύω, *ſive* ζέννυμι, extinguo, *tempora ſumit à* ζέω.

Ἐνῶρτο,

Ἐνῶρλο, 3 *ſing. pluſquamperf. paſſivi*; ὤρμην, ὦρσο, ὦρλο; *ab* ἐνόρω.

Γέλως, ὁ, riſus; *genit.* ωος *vel* γέλως, *dativ.* γέλῳ, *unde in dat. Odyſſ. σ.* 99. γέλῳ ἔκθανον, *& in accuſ. Odyſſ. σ.* 349. γέλων ἑτάροισιν ἔτευξεν· *à* γελάω, rideo; *quod ab* ἔλη, ης, ἡ, *id eſt*, calor: *è caloris enim copia riſus profluit, ad quod etymon alludit Homerus hoc in loco, ubi dicit* ἄσβεστος γέλως, major riſus, quam extingui poteſt: *ſumpta Metaph. ab igne*; *Martinius deducit à* γέλα, ſplendor ſolis; *quod riſus ſit ſerenitati ſimilis.*

Ποιπνύω, *&* ποιπνεύω, aliquid ſedulo ago, ſatago, valde occupor, miniſtro; ἀπὸ τῦ ποιεῖν, *&* πνεύειν, *nam qui ſatagit, & properanter opus facit, anhelat*; *hinc* ποιπνυὸς, ὕ, ὁ, miniſter, famulus. 599

Πρόπας, ασα, αν, totus; *à præpoſitione* πρὸ, *&* πᾶς, omnis, univerſus. 600

Φόρμιγξ, γος, ἡ, cithara; *deducit Euſtath.* παρὰ τὸ Φροίμιον, *quod per Syncopen dicitur pro* προοίμιον, *proprie*, præcentio. *Etym. dici tradit quaſi* προοίμιγξ· παρὰ τὸ προηγεῖσθαι τῆς οἴμης, *primo enim ſolitus eſt Apollo citharam pulſare, deinde muſarum cantus, vel carmina ſunt ſubſecuta. Harmarus autem à* φέρω, *&* ὦμος, υ, ὁ, *quia humeris fertur*; *fortaſſe à* φέρω, *&* μηνίζω, *quod muſica, lætitiæ comes, dolorem & iram avertat.* 602

Μῶσα, ης, ἡ, Muſa, dea cantus; *à* μάω, quæro; *quoniam eſt* πάσης παιδείας αἰτία. *Plutarchus dici putat ab amore mutuo, quem inter ſe exercebant, quaſi* ὁμῶ δι' εὔνοιαν ἀεὶ τὴ Φιλαδελφίαν ἔσας· *alii quaſi* ὁμοιώσας, *quod uno nexu omnes diſciplinæ teneantur. Euſtath. à* μυεῖν, docere. 603

Λαμπρὸς, ρὰ, ρὸν, ſplendidus; *à* λάμπω, *fut.* ψω, ſplendeo. 604

Φάος, εος, τὸ, lux, lumen: *quod contractum eſt* φῶς, φωτὸς, τὸ, *à* φάω, luceo; φὼς, ὁ, vir, *apud poëtas.* 605

Κακκείω, dormiturio, *magis ſomni cupiditas, quam tempus hoc verbo ſignificatur, quod verbis in* είω *eſt familiare*; *pro* καλακείω· *ab antiquo verbo* κέω, *pro* κεῖμαι, jaceo; *hinc* κακκείων, ουσα, ον, dormiturus.

Ἧχι, *&* ἦπερ, quomodo, ubi, *pro* ἦ, *idem*; *ab* ὅς, ἥ, ὅ, qui, quæ, quod. 606

Ἀμφιγυήεις, ήεσσα, ῆεν, utrinque claudus, *id eſt*, utroque pede; *à* γυιὸς, ὁ, ὸν, claudus, *quod eſt à* γυῖον, υ, τὸ, membrum. γ. 34. *in plur. proprie*, pedes; ἀμφιγυήεις, *epitheton Vulcani apud Homer. qui claudus fuit, ex quo ob deformitatem à parentibus cœlo dejectus eſt.*

Εἰδυίησι, ſcientibus, ſapientibus, *Ion. pro* εἰδυίαις, *dat. plur. fœm. part. perf. ab* εἰδέω, εἰδηκὼς, *& per Syncop.* εἰδὼς, 607

Πραπὶς, ίδος, ἡ, præcordia; *item* ratio, mens, ſolertia, prudentia: *quod mentis ſedes ſunt præcordia ſeu pectus*; *ſed uſurpatur in plurali tantum.*

Κοιμᾶθ' *pro* ἐκοιμᾶτο, cubabat, 3 *ſing. imperf. verbi* κοιμάομαι. 609

Ὕπνος, υ, ὁ, ſomnus; παρὰ τὸ ὑποπνεῖν, *quod dormientes, ſi ſani ſint, mollius & ſubmiſſius ducant ſpiritus*; *alii* παρὰ τὸ λύειν τὰς πόνους, *quaſi* λύπνος· *nam Homer. vocatur*, λύων μαλεδήμαλα θυμῷ, *Il. ψ.* 61.

Ἔνθα, ἐνθάδε, ubi, ibi, hac, illac, *β.* 91.

610 Εὕδω, dormio, *ab* ἕω, colloco; *quod cubantes ad ſomnum ſe componant*; *vel ab* εὖ, bene; & ἔδω, edo; *qui liberalius ſe cibis invitant, plerumque ſomnolenti ſunt, inquit Harmarus*; *in proſa uſurpatur potius* καθεύδω. Κάθευδ' *pro* ἐκάθευδε, 3 *ſing. imperf.*

Ἀναβαὰς, ᾶσα, ᾶν, aſcendens; *part. ab* ἔβην, *à* βαίνω.

Παρὰ δὲ, juxta vero.

CLAVIS HOMERICA

In B. ILIADIS.

1 Ἄνερες, *Ionice pro* ἄνδρες.

Ἱπποκορυστὴς, οῦ, ὁ, galeatus, habens conum ex cauda equina, eques bellicoſus, ex equo pugnans; *ab* ἵππος, ου, ὁ, vel ἡ, equus *(quod ab* ἵπταμαι, & ποῦς, *quod pedibus ſit volucribus)* & κορύσσω, galea armo, *item* armo in genere, concito, *ſic in* 4. *lib.* 424. & 442, *à* κόρυς, υθος, ἡ, galea.

Εὖδον, *pro* ηὗδον, *ab* εὕδω, dormio.

2 Παννύχιος, ία, ιον, per totam noctem; *à* πᾶς, & νὺξ, κλὸς, ἡ, *eſt etiam* πάννυχα & πάννυχος, *Iliad.* κ. 159. τί πάννυχον ὕπνον ἀωλεῖς;

Νήδυμος, ου, ὁ ϰ᾽ ἡ, dulcis; *pro* ἥδυμος, *pleonaſm.* τοῦ ν, *ab* ἡδὺς, εῖα, ὺ, ſuavis, *vel* profundus, *unde vix emergere vel excitari poſſis*, *à* νὴ *privat.* & δύω, demergo, ingredior, induo, *à* δύνω, *idem.*

Μερμήριζε, cogitabat, *Ion. pro* ἐμερμήριζε, 3 *ſing. præterimperf. ind. verbi* μερμηρίζω, *f.* ξω.

4 Πολὺς. *Ante. regulariter*, & *poët. genit.* πολέος, *nom. plur.* πολέες πολεῖς, *gen.* πολέων, *accuſ.* πολέας πολεῖς. *irregul. genit.* πολλοῦ, *tanquam à* πολλός.

8 Βάσκω, *apud poëtas pro* βαίνω, vado; *à* βάω *inuſit.* βάσκ᾽ ἴθι, *id eſt*, vade, accelera.

10 Ἀτρεκέως, *Ion. pro* ἀτρεκῶς, vere, *ab* ἀτρεκὴς, έος, ὁ ϰ᾽ ἡ, verus, *ab* α *privat.* & τρέω, timeo: *quia qui vere dicit, non timet*; *vel à* τρέχω, curro, *ut ſit* ὁ μὴ παραλέχων τὴν ἀλήθειαν, qui non veritatem tranſgreditur. *Iones in adverbiis derivatis ab objectivis primæ declinationis contractorum ponunt* ε *ante* ως.

11 Ἕ ipſum; *ab* οῦ, ſui.

Κελεύω, *f.* σω, jubeo, hortor; *à* κέλω, *idem.*

Καρηκομάω, caput comatum habeo; *à* κάρη, τὸ, *indecl.* caput, & κομάω, comam nutrio; *quod à* κόμη, ης, ἡ. *Ante.*

12 Πανσυδίη, omni impetu, feſtinantiſſime; *vel* cum toto exercitu, πανσραλί· *à* ζεύω, concito, impello.

Εὐρυάγυια,

Εὐρυάγυιος, ία, ον, latas vias habens, lativius; *ab* ἀγυιὰ, ᾶς, ἡ, vicus, via pro vico, *quod ab* ἄγω, duco; *vel ſecundum Heſych.* ἀπὸ τῦ δι' αὐλῆς ἄγειν ἡμᾶς τὰ γυῖα, quod per eam membra ducamus, *id eſt*, eamus. *Secundum Suidam*, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν πῶς γυῖα καὶ κάμψεις, quod non habeat membra neque flexus, *id eſt*, anfractus.

Ἀμφὶς, utrinque, ſine, ſeorſum, diverſe, *ut hic*; *ab* ἀμφί. 13

Ἐφάπλομαι, attingo, capeſſo, pertineo, impendeo. *Attic. paſſ. pro* 15 *activ. & contra*; *ſic nomin. pro vocat. & contra*; *ſic ſuperl. pro compar. & contra*: ἐφῆπται, *præt. paſſ. ab* ἐπὶ, & ἅπτω, necto, *fut.* ἅψω, *præt.* ἧφα, *aor. 2.* ἧφον, *præt. med.* ἧφα, *paſſ.* ἧμμαι, *aor. 1.* ἥφθην.

Κιχάνω, *à* κιχέω, invenio, ἐκίχανεν 3 *ſing. imperf.* 18

Χύω, fundo, *fut.* χύσω, *præt.* κέχυκα, *præt. paſſ.* κέχυμαι, *aor. 1.* 19 ἐχύθην· κέχυθ' *pro* ἐκέχυλο, 3 *ſing. pluſq. perf. paſſ. à* χέω, *idem.*

Νηλήϊος, α, ον, *poſſeſſivum*; *à* Νηλεύς. *Vide* Πηληϊάδης. *Ante.* 20

Τῖ', honorabat, *pro* ἔτιε, 3 *ſing. imperf. ind. verbi* τίω.

Ἐεισάμενος, *Attic. pro* εἰσάμενος, η, ον, *ex* εἰσάμην, ſimilis fui, *aor. 1.* 22 *med.* τῦ εἴδω.

Θεῖος, θεία, θεῖον, divinus; *à* θεὸς, ῦ, ὁ, Deus, *contract. ex* θέιος, *ſeu* θέϊος.

Δαΐφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, bellicoſus, in bello prudens; *à* δαΐος, ία, ον, 24 hoſtilis, *vel* prudens; *à* δαίω, uro, *vel* diſco, & φρὴν, ενὸς, ἡ, mens.

Ἱπποδάμος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, equorum domitor; *ab* ἵππος, & δαμάω, domo.

Ἐπιλρέπω, committo, curæ trado. *Sed* ἐπιλρέφω, nutrio: ἐπιτέλρα- 25 φαλαι, 3 *plur. perf. Ion. pro* ἐπίλετραμένοι εἰσί.

Μέμηλα, curæ ſum, *præt. med. à* μέλει, *per Ecſtaſin. pro* μέμολα, *aut per Syncopen pro* μεμέληκα, *præt. activ. hinc* μεμήλει, curæ erat, *carm.* 614. & μεμηλὼς, υῖα, ὸς, curans; πολύτοιο μεμηλὼς, *Il.* ε. 708. *quod aliquando* qui curæ eſt.

Ξύνες, 2 *ſing. aor. 2. act. imper. à* ξυνίημι, *communiter per* σ, Σύνες.

Ἄνευθεν, procul, remotè; *legitur cum genit. ut Iliad.* ϖ. 89. ἄνευ- 27 θεν ἐμοῖο, ſine me; *ab* ἄνευ.

Ἐλεαίρω, miſereor, *idem quod* ἐλείω, *poët. ab* ἔλεος, ῦ, ὁ, *vel* εος, ους, miſericordia; *hinc* ἐλεῶ, miſereor.

Λήθη, ης, ἡ, oblivio; *à* λήθω, *ſupra.* 33

Μελίφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, dulcia ſapiens, jucundus, dulcis, mellitus; 34 *hic epitheton ſomni. Iliad.* ζ. 265. *vini*, οἶνον μελίφρονα. ϑ. 188. μελίφρονα πυρὸν, ſuave triticum, *id eſt*, τίφην, commodiſſimum equorum pabulum. *Odyſſ.* ω. 486. σίτοιο μελίφρονος, cibi dulcis; *à* τὸ μέλι, mel, & φρὴν, ενὸς, ἡ, mens.

Ἀνήω, *Attice pro* ἀνείω, *poët. pro* ἀνέω, *Ionic. pro* ἀνῶ· *communiter*, *aor. 2. ſubjunct. ab* ἀνίημι, remitto, manu emitto, dimitto.

Φῇ *pro* ἔφη, *indef. 2. à* φημὶ *hic*, puto. 36

Κεῖνος *pro* ἐκεῖνος, *poët. & Æol.*

Νήπιος, ίη, ὁ, imbecillis & infirmus, *adject. ſi ad ætatem refera-* 38 *tur*, parvulus & infans; *etiam de brutis*; *ſi ad animum, ſignificat* ſtultum, inſipientem, *ut hic*, dementem, *à* νὴ *privat. & ἔπω*, dico qui loqui non poſſit; *ſed* ἤπιος, ία, ιον, blandus, mitis, placidus, humanus, *in 4. Iliad.*

Ἥδη,

Ἤδη, *Attic. pro* ἤδει *Ionic. quod eſt pro* ἤδει, 3 *perſ. pluſq. med. verbi* εἴδω, ſcio: *eſt etiam* ἦδη *Attic. pro* ἤδεα, *quod Ion. pro* ἤδειν, 1 *perſona ſing.*

39 Στοναχὴ, ῆς, ἡ, gemitus: *quod à* στόνος, ου, ὁ, *hoc autem à* στενὸς, ὴ, ὸν, anguſtus, arctus.

40 Ὑσμίνη, ης, ἡ, pugna, bellum, *ab* ὑπομένω, ſuſtineo, tolero: *quod pugna & inſultus hoſtium ſuſtineatur, pro quo dicitur etiam* ὕσμῖνι, *Il.* β. 863. μέμασαν ὕσμῖνι μάχεσθαι· *hinc etiam Adverb. Il.* β. 477. ὑσμίνην δ' ἴέναι, ut ad prælium irent.

41 Ἐγείρομαι, excito, ſuſcito, expergefacio, & *Syncop.* ἔγρομαι, *unde* ἔγρεο, 3 *ſing. imperf.*

Ἀμφέχυτο *pro* ἀμφιχέχυτο, circumfuſus erat, 3 *ſing. pluſquamperf. paſſ. dempto augmento; ab* ἀμφιχέω.

Ὀμφὴ, ῆς, ἡ, *proprie*, divina vox, vaticinium; *ab* ὤν, ὄσα, ὄν, & φημὶ, *quaſi* ἡ τὸ ὂν φαίνουσα, aperiens id quod eſt, veritatem prodens: *eſt etiam* fama, ſomniorum viſio; *hinc* ὀμφήεις, εσσα, εν, ενς, vaticinans, vates.

42 Ὀρθόω, *f.* ώσω, dirigo, erigo, attollo; ὀρθοῦμαι, erigor, *ſeu* erigo me; *ab* ὀρθὸς, ὴ, ὸν, rectus; ὀρθωθεὶς, εῖσα, ὲν, *part. aor.* 1. *paſſ.*

Χιτὼν, ῶνος, ὁ, veſtis interior, *ut hic, vel* veſtis exterior, *vel* veſtis militaris, cui arma ſuperinduuntur; *aliquando* lorica, *vel* veſtis quæcunque; *derivatur autem* χιτὼν *à* χέω, fundo: *quoniam* περιχεῖται τῇ σαρκὶ, corpori circumfunditur.

43 Νηγάτεος, ου, ὁ ἡ, novus, nuper factus; *à* νέος, α, ον, novus, & γίνομαι, fio, *quaſi* νεηγάτεος, *id eſt*, νεωστὶ γενόμενος, *inquit Euſtath.*

Φᾶρος, εος, τὸ, pallium, veſtis exterior, virilis; *aliquando* & fœminea; *in plurali aliquando ſignificat* lintea. *Odyſſ. ν.* 108. ἔνθα δὲ Νύμφαι φάρε' ὑφαίνουσι ἁλιπόρφυρα, illic Nymphæ texunt lintea cærulea; *idem* χλαμὺς, ύδος, ἡ, veſtis quæcunque exterior.

44 Ὑπαὶ, *poët. pro* ὑπὸ, *ut &* παραὶ *pro* παρά· *hic cum dativo, aliquando cum genit. aliquando cum accuſ. vel* ὑπαὶ *hic, per Tmeſin, pro* ὑποδήσαιο, 3 *ſing. aor.* 1. *med.*

Λιπαρὸς, ὰ, ὸν, unctus, pinguis; *à* λίπος, εος, τὸ, pinguedo; *eſt etiam* λιπαρὸς, maturus, formoſus, lautus, ſplendidus; *à* λίαν, & πῖος, εος, τὸ, pinguedo.

Πέδιλον, ου, τὸ, talare, pedis vinculum, calceus; παρὰ τὸ περιειλεῖσθαι αὐτὰ τοῖς ποσίν· *ſecundum illud Virg.* pedum circumdat vincula plantis; *unde Euſtath. annotat olim cum diphthongo ſcriptum fuiſſe* πέδειλον.

45 Ἀργυρόηλος, ου, ὁ ἡ, argenteos habens clavos; ἀργυροῖς ἥλοις διαπεπαρμένος, argenteis clavis diſtinctus; *ab* ἧλος, ου, ὁ, clavus.

46 Παλρῴος, α, ον, paternus; *Ionice affigitur* ι, *quod Attici ſubſcribunt*; παλρῷος, ώα, ῶον, *idem.*

Ἄφθιτος, ου, ὁ ἡ, incorruptus, corruptioni minime obnoxius; *item* immortalis, æternus; *ab* α *priv.* & φθίνω, corrumpo.

Προσεβήσαλο, conſcendit, 3 *ſing. aor.* 1. *med. verbi* προσβαίνω.

49 Φόως, lumen, *pro* φῶς, *per pleonaſmum literæ* ο. *à* φάω, luceo.

50 Λιγύφθογγος, ου, ὁ ἡ, clamoſus, argutam vocem edens; *à* λιγὺς, εῖα, ύ, ſonorus, & φθέγγω, ſono, loquor, vocem edo; *hinc* diphthongus.

Κηρύσσω,

Κηρύσσω, *fut.* ξω, præconem ago, per præconem jubeo, præconio voco *aut* convoco. *De aliis ſignificationibus, quas non habet Homerus, conſule Lexica.* 51

Ἵζω, ſedere facio, ſtruo, conſtituo, colloco, conſidere facio, *ut hic;* *aliquando neutraliter,* ſedeo; ἵζομαι, ſedeo; *ab* ἕζω, *verſo* ε *in* ι. 53

Συγκαλέω, *fut.* έσω, convoco; *à* καλέω.

Πυκινὸς, νὴ, νὸν, prudens, aſtutus, *ut hic;* *aliquando* denſus, *ut Il.* δ. 281. πυκιναὶ κίνυντο φάλαγγες, denſæ movebantur phalanges; *fit ex* πυκνὸς *(interjecta* ι.*)* *idem, quod ex* πύκα *(quaſi* πυκανὸς*)* denſe, ſpiſſe, accurate, affabre; *hinc* πυκάζω, tego, denſo, munio. 55

Ἁρμόνω *vel* ἁρμόω, apparo, inſtruo, condio; ἁρμόνομαι, apparor, *vel* apparo, *ut hic, ab* ἄρω, apto; ἡρμόνεῖο, 3 *ſing. imperf.* 56

Ἐνύπνιον, ου, τὸ, inſomnium, quod ſe dormienti obtulit; *accipitur etiam ad-verbialiter,* per ſomnum, in ſomnis, *ut hic;* *ab* ὕπνος, ου, ὁ, ſomnus.

Εἶδος, εος, τὸ, facies, forma, figura; *ut hic;* *aliquando* forma, pulchritudo; *ab* εἴδω. 58

Μέγεθος, εος, τὸ, magnitudo, proceritas; *à* μέγας, άλη, α, magnus.

Ἄγχιστα, proxime, maxime: *aliquando cum genit. aliquando cum dat. hic autem ſine caſu; pro* ἄγχιστα *dicitur, Il.* ξ. 470. ἄγχι μάλιστα· *hinc* ἀγχιστεύω, ſum propinquus, & ἀγχιστεὺς, έως, ὁ, cognatus, propinquus; *ab* ἄγχι, *vel* ἀγχῦ, *Adverb.* prope, juxta; *quod etiam regit genit. & dativum.*

Ἐῴκειν, *pro* ἐοίκειν· *pluſquamperf. ab* ἔοικα, *præt.* εἴκω· *ſic* ἐώλπειν, *pro* ἐόλπειν· *ab* ἔλπω· & ἐώργειν, *pro* ἐόργειν, *ab* ἔργω, *quæ omnia aſſumunt aliquid augmenti præter augmentum præteriti, ut ſic ſcriberentur* ἠοίκειν, ἤολπειν, ἠόργειν· *ſed poëtica licentia hoc augmentum transfertur è prima in ſecundam ſyllabam.*

Ὠχόμην, ου, ειο, *aor.* 2. *med. verbi* οἴχομαι. 71

Ἀποπλάμενος, η, ον, *part. aoriſt.* 2. *med. ab* ἀπεπλάμην, *præſ.* ἀφίπλαμαι· *ab* ἀπὸ & ἵπλαμαι *(quod à* πλάω *idem) ut* ἵσαμαι, *aoriſt.* 2. ἐσάμην, *part.* σάμενος. ἵπλαμαι, volo; ἀφίπλαμαι, avolo, evolo; *ſæpe dicuntur ambo de iis, quæ cito curſu avium more feruntur; eſt etiam* ἔπλην *in activo, quaſi ab* ἵπλημι.

Πειρήσομαι, tentabo, *fut. med. verbi* πειράω. 73

Πολυκληΐς, ίδος, ὁ ἡ ἡ, *Ion. pro* πολυκλεὶς, multas habens clauſuras, *vel* compages, *ſeu* ſedes; *à* πολὺς, & κλεὶς, ίδος, ἡ, *pro* ſede nautica; *aliquando* clavis, *ſeu* vectis, *ſeu quicquid januam clauſam continet; aliquando pars corporis;* *à* κλεὶς, ειδὸς, ἡ, clavis; *hinc* κληΐζω, *fut.* σω, claudo, *à* κλείω *idem. Euſtathius tamen annotat* κληὶς, tranſtrum, ſedes nautica, *derivari à* κλάω, frango: *quia ibi* κλᾶται τὸ ζῶμα ζυγκαμφθέν. 74

Ἄλλοθεν, aliunde; ἄλλοθεν ἄλλος, aliunde alius. 75

Ἠμαθόεις, όεσσα, όεν, *Ionic. pro* ἀμαθόεις, arenoſus, *pro* ψαμαθόεις· *ab* ἄμαθος, *pro* ψάμαθος, ου, ἡ, arena. *Ante. maſcul. pro fœmin. Attic. vel poëtic.* 76

Κατ' ἄρ' ἕζετο, confidebat, *per Tmeſin & Ion. pro* ἐκαθέζετο, 3 *ſing. imperf. verbi* καθέζομαι. 78

Ἠγήτωρ,

79 Ἡγήτωρ, ορος, ὁ, princeps, ductor ; *ab* ἡγέομαι, *est etiam* ἡγήλης, ητορ, ὁ, & ἡγεμών, όνος, ὁ ϰῆ ἡ, *idem.*

Μέδω, rego, impero, *ut hic*, curo, μέδομαι *idem* ; *sed plerumque apud Homerum*, curo, *aliquando* machinor ; μεδέω *idem* ; μέδω *autem à* μήδω, consulo : *bona enim pars regiminis est bene consulere, inquit Harm.*

80 Ἴσπω, *tempora sumit ab* ἔπω· *hinc* ἐνίσπω, dico, *ut hic, aliquando* objurgo, maledictis offendo ; *est etiam* ἐνισπεῖν, *perispomen. Od.* γ. 93. ὄλεθρον ἐνισπεῖν, mortem dicere, *reduplicantur initiales literæ. Iliad.* ο. 551. τὸν ῥ' Ἕκτωρ ἐνένισπεν, hunc Hector objurgavit ; *pro* ἐνίσπω *dicitur* ἐνίσσω. *Iliad.* ο. 197. ἐπάγλοις ἐπέεσσιν ἐνίσσεμεν, asperis verbis increpare ; & ἐνίπτω, *Il.* η. 446. ὅτις ἔτ' ἀθανάτοισι νόον ϰῆ μῆτιν ἐνίψει, qui amplius immortalibus mentem & consilium suum indicabit ; ἐνίσσω, & ἐνίπτω *idem*, objurgo, reprehendo.

81 Ψεῦδος, εος, τὸ, mendacium : *à* ψεύδω, fallo. *Vid. Iliad.* ζ. 163.

Φαῖμεν, *pro* φαίημεν, *Attica Syncop. aor.* 2. *optat. à* φημί.

Νοσφίζω, separo, *item* privo ; *sed in activa voce non habet Homerus* ; νοσφίζομαι, separor, separo me ; *item* averser, rejicio, recuso, repudio, *ut* νοσφιζοίμεθα *hic*, & ω. 222. *à* νοσφί.

85 Ἐπανίστημι, post surgo ; ἐπανέστησαν, 3 *pl. aor.* 2. *ind. ab* ἐπὶ, ἀνὰ, & ἵστημι.

87 Ἔθνος, εος, τὸ, gens, natio ; *aliquando pro ordine, & societate, & genere hominum* ; *dicitur & in singulari & plurali de brutis, ut* gens & gentes *apud Latinos, ab* ἔθος, εος, τὸ, mos ; *quod aliæ gentes habeant alios mores & consuetudines.*

Μιλισσάων, *Dor. pro* μελισσῶν· *à* μέλισσα, *sive* μέλιττα, ης, ἡ, apis ; *à* μέλι.

Ἀδινὸς, ἡ, ὸν, frequens, confertus, *ut hic* ; *aliquando* tener, mollis, imbecillis, *ut Odyss.* α. 92. μηλ' ἀδινὰ ϛφάζεσι, ϰῆ εἰλίποδας ἕλικας βῶς· *quod alii exponunt* pingues, *alii* teneras & imbecillas oves mactant ; πρὸς ϛύγκρισιν τῶν βοῶν· *potest etiam exponi* albas oves : *nam aliquando, teste Constantino,* ἀδινος *significat* albus ; *aliquando*, miserabilis, lamentabilis ; *aliquando* stridulus ; *ab* ἄδην, & ἄδδην, *Adverb.* affatim, abunde : *quod interdum regit genit. interdum absolute ponitur.*

88 Πέτρα, ας, ἡ, & *Ionic.* πέτρη, saxum, *aliquando* scopulus, cautes ; *aliquando* rupes : *à* πέτρος, ου, ὁ, lapis minor ; *quod à* πέτω & ἔρον, *inquit Martin. quia facile projicitur.*

Γλαφυρὸς, ρὰ, ρὸν, concavus, profundus ; *aliquando etiam* scitus, elegans, concinnus, varietate delectans ; *sed non apud Homer. nisi* φόρμιγγα γλαφυρὴν, *Hymno in Merc. versu* 64. *sit exponendum* elegantem lyram, *potius quam* cavam, *à* γλάφω, *f.* ψω, scalpo, fodio.

Βοτρυδὸν, racematim, in modum racemi, botri ; βότρυς, υος, ὁ, racemus : βοτρὺς *autem, inquit Martinius*, quod ποτὸν ῥέει, potum effundat.

Πέτομαι, πτέλομαι, πτέταμαι, πτολόμαι, ἵπταμαι, volo, volas ; πτέλομαι *hic* ; πτελόμαι *Hym. in Merc.* 155. πτολόμαι *in versu sequenti* ; ἵπταμαι *ante* ; πεπτόλημαι, *Ion. pro* πεπότημαι, *tertia pers. plur. præt. pass.* πτολόμαι, πτολήσομαι, πεπότημαι.

Ἅλις,

Ἅλις, *Adverb.* confertim; *aliquando* ſatis, affatim, magna copia, *ſine caſu*; ἐκ τ᾽ ἁλὸς, *utpote* ἐν ᾗ ἀθρόον ἐστὶ τὸ ὕδωρ, *quod* in mari ſit aquæ abundantia; *vel quod* omnes aquæ ibi ſint in unum collectæ; *cum genit. interdum.* 90

Νεῶν, *per Syſtolen, pro* νηῶν, *genit. à* ναῦς, νεὼς, ἡ, navis. 91

Ἠϊὼν, όνος, ἡ, littus, ripa. *Etym. deducit* παρὰ τὸ καλαιονᾶσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων, *quod à fluctibus alluatur*; *ab* αἰονάω, aſpergo, profundo. 92

Ἐσιχόωντο, *pleonaſm. poëtic. pro* ἐσιχῶντο, 3 *pl. imperf. verbi* σιχάω, & -άομαι, ordine eo, procedo, *aor.* 2. τῦ σείχω, *idem.*

Ἴλαδὸν, turmatim, confertim; *ab* ἴλη, ης, ἡ, *quod eſt pro* εἴλη, agmen, *ſeu* turma, *proprie*, ſexaginta quatuor equitum; *ab* εἰλέω, *cum tenui*, coarcto, congrego. 93

Ὄσσα, ης, ἡ, vox, rumor, divina fama, *ut hic*; *item* omen; ὄψ, vox, *quaſi* ὄψα· *hinc* ὄσσομαι, auguror, vaticinor, *Il.* ξ. 17.

Δεδήει, 3 *ſing. pluſquamperf. med. à præt. med. Attic.* δέδηα, combuſtus eram, inflammabatur, fulgebat, ἐξῆπτο, διεγείρετο, *inquit Conſtant.* excitabatur; *à* δαίω, *f.* σω, comburo, luceo.

Ὀτρύνω, incito, urgeo, adhortor, *fut.* ὀτρυνῶ, *pro quo Ionice* ὀτρυνέω, *ut Iliad.* κ. 55. ὀτρυνέω ἀνεσήμεναι, hortabor ut ſurgat; ὀτρύνομαι, incitor, ὀτρύνεσσ᾽, *nom. ſing. fœm. part. præſ.*

Ἀγέροντο, 3 *pl. aor.* 2. *med. verbi* ἀγείρω. 94

Τελρήχει, 3 *ſing. pluſquamperf.* τρήχω, *verb. poëtic. pro* τραχύνω, aſper & ſalebroſus ſum; *à* τρηχὺς *poët. pro* τραχὺς, εῖα, ὺ, *idem*; aſper & ſalebroſus factus ſum. *Metaph. autem ſignificat*, tumultibus turbari. 95

Ὅμαδος, ου, ὁ, multitudo; *item* tumultus & ſtrepitus, *quem multitudo concitat, ut hic*, ὅμαδος καὶ δοῦπος, tumultus & ſtrepitus. *Il.* ψ. 233. *ab* ὁμῶ, & ἀυδὴ, *inquit Euſtath. alii ab* ὁμὰς, ὁμάδος, ἡ, omnes ſimul, *ſeu* univerſitas; *quod ab* ὁμῶ· *hinc* ὁμαδέω, congrego, & ὁμαδέω, tumultuor.

Σφέας, illos, *Ionic. pro* Σφᾶς.

Ἐννέα, novem; *ab* ἔννος, *pro* ἔνος, *aliquando* vetus; *quod novenarius inter numeros digitus eſt noviſſimus*, id eſt, *poſtremus, inquit Martin.*

Βοάω, *fut.* ήσω, clamo, vociferor, *ut hic*; *aliquando* clamans dico; *refertur etiam ad inanimata*; *derivatur à* βοῦς, *ut proprie ſit vox inſtar bovis.* 97

Σχοίαλο, *Ionic. pro* Σχοῖντο, 3 *pl. aoriſt.* 2. *med. optat. ab* ἔχω, *cujus fut.* 2. Σχῶ, *ex inuſit.* Σχέω· *hic autem* ἔχω *ſui compoſiti* κατέχω, reprimo, cohibeo, *ſignificationem accipit.* 98

Σπουδῇ, *Adverb.* diligenter, feſtinanter, cum labore, vix, *ut hic*; *à* Σπουδὴ, ῆς, ἡ, *quod in omnibus his ſignificationibus legitur*; feſtinatio, diligentia, ſtudium, alacritas, prompta voluntas; *hoc autem à* Σπέειν ὁδὸν, viam ſequi. 99

Ἐρήτυθεν, *Bœot. pro* ἐρητύθησαν, occuparunt, 3 *pl. aor.* 1. *paſſ. ſed hic active ſumitur.*

Καθέδρα, ας, ἡ, ſedes, ſella, ſedile; *ab* ἕδρα, ας, ἡ, ſedile; *aliquando ſedes, quæ honoris gratia alicui collocatur, ut Il.* θ. 162. περὶ μέν σε τίον Δαναοὶ ταχύπωλοι, Ἕδρῃ τε κρέασίν τε, honoraverunt te Danai equites ſedeque, & carnibus, &c. *aliquando* ſedes, *id eſt*, habitatio;

bitatio; *aliquando* conſeſſus; ἕδρα, *ab* ἕζομαι, ſedeo; *quidam legunt hoc* καθέδρας, καθ' ἕδρας.

101 Κάμε, 3 *ſing. aor.* 2. *verbi* κάμνω, laboro, *vel* laborare facio.

102 Δῶκε, dedit, 3 *ſing. aor.* 1. *verbi* δίδωμι.

103 Ἀργειφόντης, ου, ὁ, Mercurius: *quod Argum occiderit*; *ab* Ἄργος, ου, ὁ, Argus, *qui centum oculos habuit*, & φένω, occido; *vel, ut volunt alii, quaſi* ἀργὸς ἀπὸ τοῦ φονεύειν, purus ab occidendo: *pacificus enim deus eſt Mercurius: animus enim irritatus miteſcit, & ſedatur oratione facunda.*

Διάκτορος, ου, ὁ, internuncius, miniſter. *Mercurii epitheton, quaſi* διάγων τὰς ἀγγελίας, qui tranſmittit nuntia; *idem* διάκτωρ, ορος, ὁ, *à cujus genitivo fit*; *ſed non invenitur apud Homer. venit à* διάγω, traduco, tranſmitto; *quod ab* ἄγω, duco.

104 Ἑρμείας, ου, ὁ, Mercurius, *poët. pro* Ἑρμῆς· *ab* εἴρω, dico, nuntio, *mutato ſpiritu.*

Πληξίππος, ου, ὁ, domitor equi, eques; *epitheton proprie viri nobilis*; *à* πλήσσω, *f.* ξω, percutio, cædo, vexo, & ἵππος, ου, ὁ, *vel* ἡ, equus.

106 Πολύαρνι, multos poſſidens agnos, *per conſeq.* dives; *à* πολὺς, & ἄρν, νὸς, ὁ, *vel* ἡ, *vel* ἀρνὸν, agnus.

Θυέστ' *poët. pro* Θυέστα, *pro* Θυέστης, Thyeſtes. *Attici enim & poëtæ vocat. in* α 1. *declin. à nominibus in* ης, *uſurpant pro nominativis: ſic* Νεφεληγερέτα ζεύς.

Φορῆναι, *poët. pro* φορεῖν, geſto, fero, *tanquam à* φόρημι *vel* φοράω.

108 Νῆσος, ου, ἡ, inſula; *à* νῶ, nato; *quæ mari, à quo cingitur, innatare videtur, & in eo velut fluitare: & hinc dicitur Æolus habitaſſe* πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ, natanti inſula, *Odyſſ.* κ. 3. & α. 90. νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, inſula in circumflua; *vel activ. vel paſſiv.*

109 Ἐρείδω, *f.* είσω, firmo, figo, colloco; *aliquando* hæreo, adhæreo; ἐρείδομαι, incumbo rei, totis viribus aliquid facio; *aliquando* ſternor; *hic vero* innitor, incumbo; ἐρεισάμενος, ένη, νον, *part. aor.* 1. *med.*

110 Ἄρης, εος, *Ion.* ηος, ὁ, Mars; *ut hic*; *aliquando* prælium, *aliquando* plaga prælio accepta, *aliquando* impetus, & belli deſiderium; *ab* αἴρω, interficio.

Ἐνέδησε, illigavit, 3 *ſing. aor.* 1. *verbi* ἐνδέω.

112 Σχέτλιος, ία, ιον, miſeriarum auctor aliis, aliis infeſtus, *ut hic*; *item* noxius; *item* ſtrenuus ad patiendum; *interdum* crudelis, multa patiens, miſer, impius, improbus, ingratus; *derivatur à* Σχέω, habeo, & τλάω, ſuffero.

Ὑπέσχετο, promiſit, 3 *ſing. aor.* 2. *med. verbi* ὑπισχνέομαι.

Ἐκπέρσαντ' *pro* ἐκπέρσαντι, vaſtanti, *dat. ſing. aoriſt.* 1. *part. verbi* ἐκπέρθω.

113 Ἀπονέομαι, *f.* ήσομαι, abeo, redeo, diſcedo; *à* νέομαι.

114 Ἀπάτη, ης, ἡ, fraus, fallacia; *ab* ἀπαλάω, fallo, decipio.

115 Δυσκλεὴς, έος, έες, ῆας, ὁ ϗ ἡ, inglorioſus; *à* κλέος, έους, τὸ, gloria, & *apud poëtas* κλεῖος· *à* κλείω, celebro, *vel* celebrem reddo.

116 Ὑπερμενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, præpotens, nimium violentus, *Jovis epitheton*, *à* μένος, εος, τὸ, robur, vis.

Πολίων

Πολίων κάρηνα *hic, & Iliad.* ι. 24. *Synecdoch.* arces civitatum, *vel Metaph.* gloriam civitatum *significat.*

Αἰσχρὸς, ρὰ, ρὸν, turpis, *id est,* indignus, *ut hic; aliquando* contumelioſus, *aliquando* deformis; *compar.* αἰσχρότερος, *vel* αἰσχίων, *superl.* αἰσχρότατος, *vel* αἴσχιστος. *ab* αἶσχος, εος, τὸ, turpitudo, probrum, infamia; *hoc autem dicitur quaſi* ἄϊσκος, *ab* α *privat. &* ἴσχω, habeo, *ut ſit quod quis habere nolit.* 119

Ἐσσομένοισι, futuris, poſteris, *poët. & Ion. pro* ἐσομένοις, *part. fut. verbi* εἰμί.

Μαψ, fruſtra, *poëtica vox pro* μάτην, *ut hic,* cum injuria, non jure, injuſte; *hinc &* μαψίδιος, ία, ιον, ſtultus, ineptus, *idem quod* μάταιος, αία, ον, *à quo* μαψιδίως, temere, injuſte. 120

Ἀπρηκτος, ὁ, ἡ, imperfectus, irritus, *ut hic; aliquando* vanus; *cum ita ſignificat, eſt pro* ἄπρακτος, *ab* α *&* πράσσω. *Sed ſunt qui exponunt hic* ἄπρηκτον πόλεμον, infinitum bellum; *ſi ita, derivatur à* πρήσσω, eo per, *facto per Syncopen à* περάσω, *futuro verbi* περάω, tranſeo. 121

Πολεμίζω πόλεμον, bellum gero, *ut hic. Aliquando* pugno, decerto, *& tunc ſine caſu; alii legunt* πολεμίζειν, *in futuro* πολεμίξω *à* πόλεμος, ἔμμι, ὁ.

Παῦρος, ὁ, paucus, *aliquando* parvus; *aliquando* παυρότερος, έρα, ρον, deterior; *pro ſuperl. dicitur* μάλα παῦρα αἴσυλα εἴδε, quam pauciſſima nefaria ſcivit. 122

Ὅρκιον, ὁ, τὸ, fœdus jure jurando ſancitum, *ut hic; aliquando ea, quæ ad hoc fœdus ſanciendum pertinent, ut Iliad.* γ. 245. Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστὰ, Ἄρνε δύω, καὶ οἶνον ἐΰφρονα, Præcones autem per urbem deorum ferebant fœdera firma, agnos duos, & vinum lætificum; *aliquando* ipſum jusjurandum. 124

Πιστὸς, ὴ, ὸν, fide dignus, fidus; *à* πίστις, εως, ἡ, fides; *à* πείθω, perſuadeo; ὅρκια *autem dicuntur* πιστὰ *ex effecto; non quod ſemper fideliter obſerventur, ſed quod fidelis obſervatio ſit illis debita; hinc ita appellantur etiam cum minime obſervantur. Iliad.* δ. 157. καὶ τὰ δ' ὅρκια πιστὰ πάτησαν, & fœdera fida conculcarunt.

Τέμνω, *f.* μῶ, ſeco, ſcindo, *ut ante,* α. 458. *hic* ferio: *niſi* ὅρκια *hic etiam, ut &* γ. 245. *ſit potius Metonymice accipiendum pro illis agnis, quorum pili in hoc fœdere faciendo abſciſſi fuerant, & diſtributi omnibus iis, quibus fœdus fuit obſervandum;* ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας, agnorum ex capitibus abſcidit pilos, &c. *de fœderis ſanciendi more, vide Iliad.* γ. 269. *& ſequentibus: quod ſi ita accipiendum,* τέμνω *propriam ſignificationem habet; &* ὅρκια πιστὰ τέμνειν, *eſt per Metonymiam adjuncti,* fœdera fida ferire.

Ἀριθμέω, *fut.* ήσω, numero: ἀριθμέομαι *idem, item* numeror, *ut hic; jungitur* ἀριθμέω *cum* καλαλέγω, *Odyſſ.* ω. 235. ἄγε μοι μνηστῆρας ἀριθμήσας καλάλεξον, age, procos numero recenſe; *deducitur autem ab* ἀριθμὸς, ὁ· *hoc autem ab* ἄρω, apto, *quod ex unitatibus apte conjunctis numerus reſultet; vel quod ſit diſcreta quantitas, quaſi* ἀριτεμὸς, *ab* ἄρι *&* τέμνω· *eſt enim admodum diviſibilis, inquit Harmar.* ἀριθμηθήμεναι, *poët. pro* ἀριθμηθῆναι.

Λέγω,

Λέγω, *fut.* ξω, dico, colligo, cubare facio, *vel* cubitum demitto; λέγομαι, dicor, recenſeor, *item* dico, & recenſeo, diſſero, diligor, colligo, cubo, dormio, λέξασθαι, *aor.* 1. *inf. med.*

Ἐφέστιος, ίη, ὁ ἡ, domeſticus; *item qui habet larem ubi degit, ut hic,* civis, indigena, incola; ἐφέστιος *etiam dicitur,* qui domi eſt, *vel* qui domum rediit; *ſic aliquando dicitur de eo qui ſedem aliena tellure, vel civitate ponit, ut illud intelligi poteſt, Odyſſ.* η. 248. ἀλλ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐφέστιον ἤγαγε δαίμων, ſed me infelicem duxit fortuna domeſticum, *id eſt,* ut cum illa, *ſcil.* Calypſo, habitarem; *ab* ἐπί, & ἑστία, ας, ἡ, focus, lar, domus; *aut, ſecundum alios,* ara quæ juxta focum extructa erat; *aliquando ſignificat* Veſtam, *ut Hym.* in Veſtam, *primo verſu, quod illa primum domos ædificaverit*; *ab* ἕω, ἕσω, colloco.

125 Ἔασσι, *poët.* & *Ion.* ἔασι, *pro* εἰσί.

126 Δεκὰς, άδος, ἡ, numerus denarius; *item* decuria, *ut hic*; *à* δέκα, decem.

Διακοσμέω, *fut.* ήσω, diſtribuo, digero, ordino; *ut hic*; *aliquando* compono, adorno, inſtruo, orno, diſpono; *à* κόσμος, ου, ὁ, ordo; διακοσμηθεῖμεν, *ſyncope, pro* διακοσμηθείημεν, *aor.* 1. *optat.*

128 Δευοίατο, *Ion. pro* δεύοιντο, eguerint, 3 *plur. præſ. opt.*

129 Πλέας, *poët. pro* πλέονας, & *hoc pro* πλείονας, *per ſyncop. à* πλείων, ονος, *ſic etiam legitur* πλέες *pro* πλέονες.

130 Ναίω, habito, incolo, *hic cum præpoſitione, aliquando ſine præpoſitione*; *aliquando* habitor, incolor, *poët.* ναίομαι. *Iliad.* β. 626. νήσων αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς, inſulis quæ habitantur trans mare; ναίομαι, habitor, incolor.

Ἐπίκουρος, ου, ὁ ἡ, auxiliator *in bello,* auxiliaris, auxiliarius; *hinc* ἐπικουρέω, ἐπίκουρος *autem ab* ἐπὶ & κοῦρος, juvenis, *ante: quod juvenum potiſſimum eſt in bellicis rebus verſari. Nota* ἐπίκουρος & Σύμμαχος *ita inter ſe differunt*; ἐπίκουροι οἱ τῶν πολεμουμένων βοηθοὶ, Σύμμαχοι δὲ τῶν πολεμούντων· ἐπίκουροι, *ſunt auxiliatores illorum qui oppugnantur*; Σύμμαχοι, *illorum qui oppugnant: illi ex alia regione ſunt, ideoque vocantur, Iliad.* ι. 233. τηλέκλειτοι, ex longinquo vocati, & κ. 420. πολύκλητοι ἐπίκουροι, hi ſæpe commilitones.

131 Ἐγχέσπαλος, ου, ὁ ἡ, qui haſtam vibrat, vibrandæ haſtæ peritus, & *proinde,* bellicoſus; *ab* ἔγχος, εος, τὸ, haſta; *quod ab* ἔχω, habeo, & πάλλω, quatio, vibro.

132 Πλάζω, *fut.* γξω, errare facio; *aliquando* averto, amoveo, *ut hic*; *aliquando* diſturbo, *ut Odyſſ.* β. 396. πλάζε δὲ πίνοντας, diſturbavit autem bibentes; πλάζομαι, erro.

Εἰῶσ' *pro* ἐῶσι, *poëtice,* 3 *plur. præſ. ind. vel ſubj. verbi* ἐάω, ſino.

134 Βεβάασι, *Ion. pro* βεβήκασι, *à* βαίνω, *quaſi à* βάω. *Iones in verbis in* άω & έω *ſubtrahunt* κ *ex præteritis,* & *corripiunt penultimam*; *hinc etiam in participio* βεβαὼς, *Iliad.* ξ. 477. ἀμφὶ κασιγνήτῳ βεβαὼς, fratrem circumſtans; *hinc etiam Iliad.* ρ. 359. ἀλλὰ μάλ' ἀμφ' αὐτῷ βεβάμεν, *per Syncop. pro* βεβηκέναι, *infin.* & *Iliad.* ρ. 286. οἱ περὶ Πατρόκλῳ βέβασαν, qui circa Patroclum iverant, *pro* βεβάεισαν, & *hoc pro* ἐβεβήκεισαν.

Ἐνιαυτὸς, ου, ὁ, annus; *ab* ἐν αὐτῷ ἰέναι, *quia in ſeipſum annus redit.*

Σήπω,

Σήπω, *fut.* 1. Σήψω, *aor.* 2. ἔσαπον, & ἔσηπον, putrefacio; Σήπο- 135
μαι, putreſco, putrefio, *præt. med.* Σέσηπα, putrefactus ſum, *ut hic.*

Σπάρτον, ὁ, τὸ, ſpartum, genus vitilium; *proprie eſt (inquit Plinius)* juncus aridi ſoli, & *per Metonym. materiæ*, funis ſparteus; *à* Σπαρτὸς, ἡ, ὸν, ſeminatus: *quod à* Σπείρω.

Λέλυνται, ſolvuntur, 3 *pl. perf. paſſ. verbi* λύω.

Εἵαται, *poët. pro* ἕαται· ἕαται *autem Ionice pro* ἧνται· *ab* ἧμαι, ſedeo, 137
perf. paſſ. vel potius præſ. nam ſedent *ſignificat hic, & in aliis locis; hinc* εἵατο, ſedebant, *pluſquamperf. vel imperf.*

Προϊδεγμέναι, *pro* προσδεχόμεναι, *Doric. vel potius pro* προσδεδεγμέναι, *part. perf. paſſ. verbi* προσδέχομαι. *Participia enim præt. paſſ. fiunt proparoxytona, cum augmento carent.*

Ἀκράαντος, ον, ὁ καὶ ἡ, imperfectus, *at hic*, irritus; *à* κραίνω, perfi- 138
cio, efficio; *item* impero, rego.

Πάτρης, ιδος, ἡ, *aliquando ſubſtantive uſurpatur, interdum adjective*; 140
cum γαῖα, *ut hic*; *cum* αἶα, *ut Iliad. δ.* 172. μνήσονται Ἀχαιοὶ πατρίδος αἴης, recordabuntur Achivi patriæ terræ, *cum* ἄρουρα, *Od. α.* 407. πῆ δέ νυ οἱ γενεὴ καὶ πατρὶς ἄρουρα, ubinam ei genus & patrium ſolum; *à* πατήρ.

Αἱρήσομεν, capiemus, 1 *plur. fut. ind. verbi* αἱρέω. 141

Ὀρίνω, concito, turbo, *ita* commoveo ut perſuadeam, *ut hic*, ad iram commoveo; *tribuitur etiam mari, ut Iliad. β.* 294. ὀρινομένη τε θάλασσα, commotumque mare; ὄρινε, 3 *ſing. imperf. ab* ὄρω.

Πληθὺς, ύος, ἡ, multitudo, *ut hic*; *aliquando* plebs, vulgus; πλῆ- 143
θος, εος, τὸ, *idem*; *à* πλέος, α, ον, plenus.

Εὖρος, ου, ὁ, ventus orientalis, *inter aquilonem & vulturnum medius*, 145
quaſi ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων, ab aurora fluens.

Νότος, ου, ὁ, Notus; *à* νοτὶς, humiditas; *quia eſt humidus & nebuloſus ventus.*

Ὦρορε, *præt. med. verbi* ὄρω, *per Metatheſin pro* ὄρωρε· ὄρωρα *vero* 146
Attice pro ὦρα· ὄρωρα *autem ſignificat paſſive, ut Il. β.* 797. πόλεμος δ' ἀλίαστος ὄρωρεν, bellum inevitabile ortum, vel excitatum eſt; & *in pluſq. perf.* 810. πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει, multuſque tumultus coortus eſt; *dicitur &* ὠρώρει, *Iliad. σ.* 497. ἔνθα δὲ νεῖκος Ὠρώρει, illic vero contentio orta erat; ὦρορε *activе plerumque, ut hic, aliquando & paſſive, ut Il. ν.* 78. μαιμῶσιν, καί μοι μένος ὦρορε, impetu magno feruntur, & mihi robur movetur.

Ἐπαΐσσω, *fut.* ξω, irruo, adorior, *cum dativo*; *aliquando* accurro, & *cum genit. item* inſequor; *item* impero, percutio, invado, *cum accuſat. aliquando* inſurgo, *ut hic, ſine caſu*; ἐπαΐσσομαι *idem*; *in omnibus ſignificationibus aliquid impetus & vehementiæ ſignificatur, ut & in ſimplicibus* ἄΐσσω *ſignificationibus, quæ quam plurima ſunt apud Homerum*, celero, impeto, percutio, volo, inſurgo; *aliquando* vibro; *item* declino; *item* vagor, circumvoluto, accurro, attollo. *Cum variis præpoſitionibus varie exponitur*; deſcendo ad, *cum* κατὰ, tranſeo, erumpo, evolo, prærurro, *vel* procurro; *derivatur ab α intenſ. &* ἴω, eo.

Ζέφυρος, ου, ὁ, Zephyrus, Favonius *dictus*; *ita dicitur quaſi* ζωηφό- 147
ρος, vitam ferens, *aut* ea quæ ad vitam attinent: *quoniam* τῷ θέρει πνέοντος,

πνέοντος· αὐλῆς οἱ καρποὶ αὔξονται, *quod eo flante, terra hyemali frigore constricta aperiatur, ac plantæ omnes germinent*; *hinc Odyss.* η. 119. Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, Zephyrus spirans hæc crescere facit, *id est*, Ζεφυρίη πνοὴ, Zephyrius flatus.

148 Λήϊον, ου, τὸ, seges, campus segetum, *apud poëtas.*

Λάβρος, η, nimium vorax, *quasi* λίαν βορός· *vel* vehemens, rapidus, immediocris, impetuosus, *quasi* λιαν βαρὺς, & *ita inanimatis tribuitur*; *hinc Iliad.* ψ. 474. λαβρεύομαι, *fut.* σομαι, immodeste & arroganter loquor, & *ibid.* 479. λαβραγόρης, ου, ὁ, procaciter loquax.

Ἐπαιγίζω, *fut.* ίσω, irruo, impetuose spiro, cum turbine afflo: *de ventis dicitur, vel procella*; *ab* αἰγὶς, ίδος, ἡ, procella; *quod ab* ἄΐσσω, *verbo poëtico*, irruo, impetu feror, *vel, ut alii, ab* αἰγὶς, ægis, pellis caprina, *de qua ante*; & β. 447. *quæ dicitur impetuosa, & data esse ad terrorem hominum. Iliad.* ο. 308, & 310. ἔχε δ' αἰγίδα θῆριν, δεινὴν----ἣν δῶκε Φορήμεναι ἐς φόβον ἀνδρῶν.

Ἠμύω, *fut.* ύσω, inclino, *ut hic*; ἐπὶ τ' ἠμύει ἀσταχύεσσιν, *id est*, ἐπικαλακλίνει τὰς ἀσταχύας τοῖς σταχύσι· *aliquando* inclino, *cum accusat. aliquando* nuto, *aliquando* cado; *derivatur à* μύω, η *præposito.*

149 Ἄσταχυς, υος, ὁ ἡ, spica, arista, totæ fruges cum spica & culmo, *ut hic, pro* στάχυς, υος, ὁ, spica, *addito* α, *ut pro* σταφὶς, ίδος, ἡ, ἀσταφὶς uva passa; στάχυς *autem derivatur à* στὶξ, ordo; *à* στείχω, *secundum Martin. Harmarus autem deducit à* στάω, & χύω, fundo: *seges suo stat caule, & spicæ fluitant, quasi à vento fusæ.*

Ἀλαλητὸς, οῦ, ὁ, clamor, *proprie militum dicentium* ἀλαλή· *quod est vox quædam inarticulata, quæ à militibus ante pugnam editur*; *generaliter* strepor, & ululatus aliquis; *hinc* ἀλαλάζω, talem clamorem edo; *quidam deducunt* ἀλαλὴ *ab* ἄλα *accusat. nominis* ἁλς, mare, *quod perpetuo strepitum edit, inde faciendo* ἄλη, & *per reduplicationem* ἀλαλή· *alii autem* ἀλαλητὸς *deducunt ab* α *pleonastico, &* λαλέω· *alii ab* α, *id est*, ὁμοῦ, & λαλέω.

150 Ὑπένερθε, *poëtica vox*, sub, *cum genit. ut hic*; *aliquando* subtus, infra, *sine casu, dicitur &* ὑπένερθεν· *ab* ὑπὸ, & ἔνερθε, infra, inferius; *item* ἔνερθεν, *pro* ἐνέροθε *ab* ἔνερος, inferus, mortuus; *hinc* ἐνέστερος, *pro* ἐνερότερος, *Iliad.* ε. 898. ἦσθα ἐνέρτερος οὐρανιώνων, fuisses inferior cœlitibus; *ab* ἐν ἔρᾳ in terra; ἔρα, ας, ἡ, terra; *dicitur etiam* νέρθε & νέρθεν, & νέρτερος, *pro* ἔνερθε, *&c.*

Κονία, ας, ἡ, pulvis, *ut hic, aliquando* cœnum; *item* arena *seu* sabulum litoreum: *aut* fluviatile; *frequenter usurpatur pro* humi, *in dativo plur.* & *aliquando additur* χαμαὶ, *ut Il.* ε. 583. χαμαὶ πέσον ἐν κονίῃσι. *Od.* λ. 599. *significat illum vaporem, qui cum vehementi sudore corpore emittitur,* καλὰ δ' ἱδρὼς-----ἔῤῥεεν ἐκ μελέων, κονίη δ' ἐκ κροτάφων ὀρώρει, *aliquando* cinis foci; *à* κόνις, εως, ἡ, pulvis; *derivatur secundum Eustath. à* κοίνω, *idem quod* κόπτω, scindo, *ut sit* ἡ εἰς ζμικρὰ κεκομένη γῆ· *secundum Martin. à* κάω, uro; *cinis est pulvis ex re usta nascens, vel secundum Harmar. à* κινέω, moveo, *quia facile supplosione pedum excitatur.*

151 Ἀείρω, tollo, attollo; *aliquando* porto; *aliquando* fero, affero; *item* eripio, aufero, subtraho; ἀείρομαι, *idem, Odyss.* ο. 106. *aliquando passive, ut hic,* κονίη ἀειρομένη, pulvis excitatus, & *Iliad.* ψ. 366. & *alibi*;

alibi; *dicitur autem, inquit Euſtath. quaſi* εἰς ἀέρα αἴρω, in aërem levo; *eſt &* ἀείρω, necto, *ut Iliad. x.* 499. Ζὼν δ' ἧειρεν ἱμᾶσι, colligavitque loris.

Ἑλκέμεν, trahere, *præſ. inf. Ion. pro* ἕλκειν.

Οὐρὸς, ὅ, ὁ, foſſa, *qua navis in mare deducitur*; τόπος ὅθεν ἡ ναῦς 153
ὀρύσσει, *id eſt*, ὁρμᾷ, καθελκομένη εἰς θάλασσαν, *inquit Euſtath.*

Ἐκκαθαίρω, purgo, detergo, ἐξεκάθαιρον, 3 *pl. imperf. à* καθαίρω, purgo; *ponitur cum duplici accuſ. Iliad. ω.* 666. Φοῖβε κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον ἐλθὼν ἐκ βελέων Σαρπήδονα, Phœbe atro ſanguine purga Sarpedonem; *ſignificat &* orno; *à* καὶ *&* αἴρω, *ſordes enim purgando tolluntur.*

Ἰέμενος, η, ον, *ab* ἴεμαι, *cum leni*, eo, *aut* ruo, eo cum impetu, *ut* 154
hic; *aut* impetu feror; ἵέμενος, η, ον, *cum aſpero*, cupiens; *ab* ἵεμαι. *Vid. Iliad. λ.* 168.

Ὑπὸ δ' ἧρεον, *per Tmeſin pro* ὑφήρεον, 3 *ſing. imperf. ab* ὑφαιρέω, ſub- 155
duco, *ab* αἱρέω.

Ἔνθα κεν, tunc ſane.

Ὑπέρμορον, *&* ὑπέρμορα, præter fatum; *pro* ὑπὲρ μοῖραν, contra quod 157
in fatis erat, *à* μοῖρα, ας, ἡ, fatum.

Ἀτρυλώνη, ης, ἡ, indomita; *in fœminino tantum, Attice. Minervæ epitheton*; *à* τρύω, attero, abſumo, defatigo, vexo; *ita dicitur Minerva, quod ſit* ἄτρυλος, *quod* bellicis laboribus non defatigetur.

Νῶτος, ου, *cum* ω, ὁ· *velut alii volunt*; νῶτον, ου, τὸ, dorſum, ter- 159
gum; *aliquando pro* μέλεσι νωλιαίοις, *vel* νωλιαῖα κρέα, *vel* ψόας *pro* carne tergi, *vel* partibus: *quæ quia optimæ habitæ ſunt, in conviviis ei qui digniſſimus habebatur, datæ fuerunt in honoris ſignum, & hinc vocantur* νῶτα γεράσμια, *Hym. in Merc.* terga venerabilia; *aliquando* tergus beſtiæ, *vel* extrema corporis pars; *ponitur aliquando pro* ſuperficie maris, *ut hic*; *dicitur etiam de* haſta, *Iliad. υ.* 279. ἐγχείη δ' ἄρ' ὑπὲρ νώτου ἐνὶ γαίῃ ἔστη ἰεμένη, ſtetit erecta, *Iliad. Θ.* 94. τῇ φεύγεις μετὰ νῶτα βαλών, quo fugis, *ut & Latini*, terga dare; *derivatur à* νεύω, *inquit Martin. quod inclinato tergo nutamus, Harm. In plurali*, τὰ νῶτα.

Καδδὲ, *pro* καὶ δέ. 160

Αἴης, *pro* γαίης, γαῖα, terra. 162

Ἀγανὸς, ἡ, ὸν, lenis, mitis, *ut hic*, placidus; *à* γάνυμαι, gaudeo, 164
& α epitatico præpoſito; *hinc* ἀγανόφρων, ονος, ὁ ἡ, *Il. υ.* 467. benignus; *& ω.* 772. ἀγανοφροσύνη, ης, ἡ, benignitas, lenitas; *eſt &* ἀγανὸς, *per Antiphraſin*, ſævus, crudelis: *quod etiam poteſt derivari ab* ἄγαν, valde, *&* αἰνὸς, ἡ, ὸν, gravis.

Ἀμφιέλισσος, ίσση, ισσον, utrinque agitatus, circum agitabilis. 165
ἀμφοτέρωθεν ταῖς κώπαις ἐλαυνόμενος, ut navis quæ utrinque remis interpellitur; *vel* εἰς ἑκάτερα τὰ πλευρὰ στρεφόμενος, circum agitabilis; *epitheton navis apud Homer. ab* ἀμφὶ *&* εἰλίσσω.

Αἶξασα, irruens, *nom. f. aor.* 1. *part. act. ab* ἀΐσσω. 167

Ἀτάλαντος, ου, ὁ ἡ, *proprie* ejuſdem ponderis, par, æqualis; *ſæpe* 169
habet dativ. perſonæ, & accuſat. rei, in qua fit comparatio, ut hic; *aliquando res per concretum exprimitur*; *aliquando* ſimilis; *à* τάλαντον, trutina, lanx; *aliquando id quod lanci imponitur ponderandum, nominatim*

minatim pondus 125 *librarum. Il.* ι. 122. δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα, decem auri talenta. *De varietate talentorum, vide Budæum; Conſtantinus annotat apud Homerum eſſe minimum pondus, quod probat ex Il.* ψ. 269. *in ludis funebribus Patrocli, ubi primum equitem donavit muliere, & tripode anſato, ſecundum equa, tertium lebete;* τῷ δὲ τελάρῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα, *at quarto poſuit duo auri talenta, ultimum præmium minoris eſſet pretii, quam antecedentia, inquit Conſtant. derivatur autem* τάλαντον παρὰ τὸ τλῆναι, fero; ἀτάλαντος, *autem dicitur quaſi* ἀντιτάλαντος, *idem.*

170 Ἑσαότ', ſtantem, *part. præt.* ἕσαα, *per Ionic. Sync. pro* ἕσηκα· *hoc autem pro* ἕστηκα, *verſo* η *in* α, *ut quidam volunt, à verbo* ἵστημι. *Hic autem nota,* ἔστην, *aor.* 2. & ἕστηκα, *neutram habere ſignificationem, ut hic,* ἑσαότ', ſtantem, *cum præpoſitione* παρὰ, *aliquando ſignificat* defendere; *aliquando autem in obliquis notat* poſitum eſſe. *Ita &* ἔστην, *ut ante, Iliad.* α. 534. ἵστημι *autem active ſignificat, ut Iliad.* σ. 346. τρίποδ' ἵσασαν ἐν πυρὶ, tripodem ſtatuerunt in igne; ἵσαμαι *autem & active,* ſtatuo, & *neut.* ſto.

Εὔσελμος, ος, ὁ ἡ, bene tabulatus; *à* ζέλμα, ατος, τὸ, tranſtrum, ſpatium inter duas lineas; *item* ſpatium inter tabulata navis; ζέλις *autem (ut Martinio placet) à* ζέλας, ατος, τὸ, fulgur, lumen; *quod ſplendor inter lineas ductas appareat, inquit Harmarius. Poët. pro* εὔσελμος, *dicitur* ἐύσελμος, & ἐύσσελμος, ος, & *Ion.* οιο.

172 Ἄγχι, *idem quod* ἄγχι, prope. *Vid.* β. 58.

173 Πολυμήχανος, ος, ὁ ἡ, valde artificioſus, qui eſt prompto ad multa machinanda ingenio, induſtrius, acutus, verſutus, prudens; *à* πολὺς, & μηχανὴ, ῆς, ἡ, artificium; *item* aſtutia, ſolertia; *item* fabrica, machina; *à* μῆχος, εος, τὸ, *idem.*

175 Φεύξεσθ', fugietis, 2 *plur. fut.* 1. *med. verbi* φεύγω.

Λίποισθε, relinquetis, 2 *plur. aor.* 2. *opt. med. verbi* λείπω.

179 Ἔρωε, ceſſa, 2 *ſing. imperat. præſ. verbi* ἐρωέω.

183 Χλαῖνα, ης, ἡ, palla, veſtis, *quæ tunicæ exteriori ſuperinduitur;* ἱμάτιον ἐπὶ τὸ χιτῶνα, *unde Il.* β. 262. ἀπὸ μὲν φίλα εἵματα δύσω, χλαῖναν τ' ἠδὲ χιτῶνα, te charis veſtibus exuero, pallio, & tunica; *veſtis quæ pro tempore ſumitur ad ventos, pluviam, & frigus depellendum; hinc dicitur Iliad.* ϖ. 223. εὖπλήσασα χιτώνων, χλαινάων τ' ἀνεμοσκεπέων, bene implens tunicis, chlæniſque arcentibus ventum, & *Od.* ξ. 529. ἀμφὶ δὲ χλαῖναν ἕεσσατ' ἀλεξάνεμον, chlænam induit ventum expellentem; *aliquando ea veſtis, qua quis honoris vel ornamenti gratia induitur, ut Odyſſ.* κ. 365. *dicitur etiam de craſſioribus illis tegumentis, in quibus dormimus aut cubamus; derivatur à* χλιαίνω, calefacio.

184 Ὀπάδεω, *pro quo apud Homer. ſemper* ὀπηδέω, *aliquando* ſequor; *ut hic; aliquando* adſum, *aliquando* procedo; *item* opitulor; *aliquando* fruitionem *ſignificat, ut Hym. in Terram* 12. ὄλβος δὲ πολὺς καὶ πλοῦτος ὀπηδεῖ, felicitate & multis divitiis fruuntur; *hinc* ὀπηδὸς, ὸς, ὁ, comes, aſſectator; *derivatur ab aor.* 2. τὰ ὀπάζω, perſequor; *item* ſequi jubeo, comitem adjungo; *aliquando* præbeo, do, & *in malam partem, Odyſſ.* ψ. 210. Θεοὶ δὲ ὤπαζον ὀϊζὺν, Dei autem dederunt ærumnam; *aliquando* addo, pergo, *ut Hym. in Merc.* 120. ἔργῳ δ' ἔργον ὄπαζε, in opere pergebat; ὀπάζομαι, *à perſequente* urgeor, augeor; ὀπα-

ζόμενος

ζόμενος διὸς ὄμβρῳ, torrens de montibus auctus Jovis imbre; *item* comitem accipio; *ab* ἕπομαι, ſequor.

Ἐρηΐσασκε, *Ionice pro* ἐρήτυσε, inhibuit, 3 *ſing. aor.* 1. *verbi* ἐρηΐω. 185

Ἄνλιος, ία, ίον, adverſus, obvius; *ab* ἀνλίον.

Παραστὰς, ᾶσα, ὰν, adſtans, *part. aor.* 2. *verbi* παρίστημι. 189

Παῦρος, ος, *poët.* paucus, parvus; *à* παύω, finem impono.

678 Ἡγησάσθην, duxerunt, 3 *dual. aor.* 1. *verbi* ἡγέομαι.

684 Καλεῦντο, *Dor. & Ionic. pro* ἐκαλοῦντο, 3 *pl. imperf. paſſ. verbi* καλέω.

686 Ἐμνώοντο, *Ionic. pro* ἐμνῶντο, 3 *pl. imperf. verbi* μνάομαι, memini.

Δυσηχὴς, ές, ὁ ἡ ἡ, horriſonus; *à* δὺς *in compoſitione tantum, ſignificat* ægre, difficulter, male, *&* ἦχος, ος, ὁ, ſonus.

691 Πορθέω, *fut.* ήσω, vaſto; *à* πέρθω, *idem*; *hinc* πορθμὸς, ὅ, ὁ, *Od.* δ. 671. *fretum quod facile trajici poteſt*; *hoc differunt* πορθμὸς *&* ἰσθμὸς, *inquit Didym. quod illud eſt anguſtum mare terra hinc & inde clauſum*; *hoc eſt anguſtior terra gemino intercluſa mari*; πορθμῆες, *Odyſſ.* ν. 187. *qui cymba ſeu lintre fretum trajicit.*

692 Ἐγχεσίμωρος, ος, ὁ ἡ ἡ, bellicoſus, exercitatus in vibranda haſta; *ab* ἔγχος, εος, τὸ, *&* μορέω, labore affligor; *à* μόρος, ος, ὁ, fatum, *verſo* ο *in* ω· *ſunt qui dici volunt quaſi* ὁ ἐγχέων ὥραν ἔχων· *aliquando eſt*, ſtultus miles, *& fit tum à* μωρὸς, *cum* ω fatuus.

694 Ἀχέω, doleo; *ab* ἄχος, εος, τὸ, dolor; *eſt & ἀχεύω, idem*, ε. 869.

696 Δημήτηρ, τερος, τρος, ἡ, Ceres, dea frugum. *Dicitur autem* δημήτηρ, *quaſi* γημήτηρ, *à* γὴ, terra, *&* μήτηρ, mater, *vel per Syncopen quaſi* δημομήτηρ, altrix populorum; *vel* παρὰ τὸ δήω, invenio, *aut* δαίω, accendo, *&* μήτηρ, mater, *quærens filiam Proſerpinam facibus accenſis*, Coul.

Τέμενος, εος, τὸ, agri portio ſeorſim reſecti; τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων καλὸν φυλιῆς, ἧς ἀρόρης, prædium partiti ſunt præſtans cæteris, amœnum, ſoli arboribus conſiti & arvorum, ζ. 194, 195. *peculiariter eſt locus ſacer ab aliis ſejunctus, & deo alicui dedicatus*; ſylva, fanum, delubrum: *à* τέμνω, ſcindo.

697 Ἤδη, jam, *Adverb.*

Λεχεποίη, ης, ἡ, regio herboſa, ferens herbas toris extruendis aptas; *ex* λέχος, εος, τὸ, *&* πόα, ας, ἡ, herba. *Ionic.* ποίη.

699 Ζωὸς, ὴ, ὸν, vivus; *à* ζάω, vivo.

700 Ἀμφιδρυφὴς, ές, ὁ ἡ ἡ, utrinque laceratus; *à* δρύπτω, *proprie*, arborem excortico; *à* δρῦς, quercus; *vel*, lacero, unguibus lanio.

Ἐλελειπτο, relicta erat, 3 *ſing. pluſquamperf. paſſ. verbi* λείπω.

Ἡμιτελὴς,

Ἡμίτελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, imperfectus, ſemiperfectus; *ab* ἥμισυς, dimi- 701
dius; & τέλος, εος, τὸ, finis.

Ἀποθρώσκοντα, defilientem, *accuſat. ſingul. maſc. part. præſ. verbi* ἀποθρώσκω.

Αὐτοκασίγνητος, ος, ὁ, frater germanus; *ab* αὐτὸς, ipſe, & κάσις, 706
ιος, ὁ, frater, & γνητὸς *pro* γενητὸς, natus.

Ὁπλότερος, έρα, ρον, junior; ὁπλότατος, natu minimus; *dicitur de* 707
iis qui arma ferre poſſunt; *ab* ὅπλον, ου, τὸ, arma, *quaſi* ὁ ὅπλα φέρειν δυνάμενος.

Ἕνδεκα, undecim; *ab* εἷς, unus, & δέκα, decem. 713

Ἑπτὰ, ſeptem. 719

Ἐμβέβασαν, *Syncop. poët. pro* ἐνεβεβάκεισαν· *hoc vero*, η *in* α *verſo*, 720
pro ἐνεβεβήκεισαν, *tertia plur. pluſquamperf.* ἐνεβεβήκειν, *à* βέβηκα, *præt. verbi* βαίνω.

Ὅθι, ubi; *ab* ὅς, *articulo præpoſitivo*. 722

Ἕλκος, εος, τὸ, ulcus, vulnus *in genere*; *ab* ἕλκω, traho: *quia ibi* 723
contrahuntur noxii humores; *vel, quod ſit diſſolutio continui*; *vel ab* ἑλκύω, lanio; ἑλκηθμὸς, οῦ, ὁ, ζ. 465. violenta tractio.

Μοχθίζω, laboro, ærumnas patior; *à* μόχθος, ου, ὁ, labor, moleſtia, ærumna; *hoc autem à* μόγος, *idem*; *à* μόγις, vix, *ut is ſit qui vix perfertur*; *eſt* & μοχθέω, κ. 106.

Ὀλοόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, *proprie*, pernicioſe cogitans, & *in genere* pernicioſus; *ab* ὀλοὸς, ὴ, ὸν, pernicioſus, & φρονέω.

Ὕδρος, ου, ὁ, hydrus, ſerpens aquaticus, natrix; *ab* ὕδωρ, ατος, τὸ, aqua. *Homerus tamen, per hydrum intelligit ſagittam illatam hydræ ſanguine, quam confecit Hercules*, Coul.

Νόθος, ου, ὁ ϗ ἡ, *vel* -ος, η, ον, ſpurius, nothus; *eſt quadruplex li-* 727
berorum procreatio apud Homerum, inquit Euſtath. (1.) γνήσιοι, *qui ex legitimo concubitu ſuſcipiuntur.* (2.) νόθοι, *qui ex concubinis*; υἷε δύω Πριάμοιο, νόθον ϗ γνήσιον, filios duos Priami, nothum & legitimum, λ. 102. (3.) Σκότιοι, *qui furtim proſeminati*; Σκότιον δέ ἑ γείναλο μήτηρ, ſed clandeſtinum genuit mater, ζ. 24. (4.) παρθένιοι, *qui ex virgine primo pudore diminuta procreantur*; Εὔδωρος ἀρήϊος ἡγεμόνευε Παρθένιος, Eudorus Mavortius duxerat virgine procreatus, π. 179.

Κλωμακόεις, όεσσα, όεν, aſper, *locus in quo ſunt* κλώμακες; *à* κλί- 729
μαξ, *quaſi* κλιμακόεις, ſcala egens, aſcenſu difficilis; *vel à* κλάω, frango, *quod aſperi & petroſi aſcenſus quaſi frangunt ingredientes.*

Ἰητὴρ, ῆρος, ὁ, *Ionic. pro* ἰατὴρ, medicus; *ab* ἰάομαι, ſano, medeor. 732

Μενεπτόλεμος, ου, ὁ ϗ ἡ, bellicoſus, fortis, conſtans in bello, bellum 740
& belli onera fortibus humeris ſuſtinens; *à* μένος, εος, τὸ, & πόλεμος, ου, ὁ, bellum.

Ὤθέω, trudo, pello, *futur.* ὠθήσω, & ὤσω· *tanquam ab* ὤθω, ὦσε, 744
3 *ſing. aor.* 1.

Ὑπέρθυμος, ος, & *Ion.* οιο, ὁ ϗ ἡ, magnanimus, *ex* ὑπὲρ, & θυμὸς, 746
οῦ, ὁ, animus.

Δυσχείμερος, ος, ὁ ϗ ἡ, frigidus, hybernalis, habitatu difficilis ob hy- 749
berna frigora; *à* χείμα, ατος, τὸ, hyems.

Οἰκίον, ίου, τὸ, *idem quod* οἶκος, ου, ὁ, domus; *eſt* & οἰκία, ας, ἡ, *ſed non apud Homer.*

750 Ἱμερτὸς, ἡ, ὸν, amabilis; *ab* ἵμερος, ου, ὁ, desiderium, *proprie* amatorium, cupido; *ab* ἱμείρω, desidero; ἵμερος *dicitur, inquit Eustath, quasi* ἔρως ἐξ ἱμαλίου ἀφροδισίου, amor & desiderium ex Veneris veste elicitum.

752 Καλλίῤῥοος, ου, ὁ ϗ ἡ, pulchre fluens, purus; *à* καλὸς, ἡ, ὸν, & ῥέω, fluo; *est &* καλλιρέεθρος, *idem, Odyss.* κ. 107.

Ἀργυροδίνης, ου, ὁ ϗ ἡ, argenteos habens vortices; *ab* ἄργυρος, ου, ὁ, argentum: *quod ab* ἀργὸς, ἡ, ὸν, albus *(inde omnia quæ nitent, ab Homero dicuntur* ἀργύρεα, *ut hic) &* δίνη, ης, ἡ, vortex, gurges maris, & turbo aëris: *idem* δῖνος, ου, ὁ, *hinc* δινόω, revolvo, circumago.

753 Ὕπερθε, desuper; καθύπερθε *idem*; *ab* ὑπὲρ, super.

Ἔλαιον, ου, τὸ, oleum; *ab* ἐλαία, ας, ἡ, olea, fructus, *vel* arbor ipsa; *hoc autem dictum* παρὰ τὸ λεῖον, ϗ λέαινον τίκτουσα, dulcia & levia ferens.

754 Στὺξ, τυγὸς, ἡ, Styx; *fingitur à poëtis esse palus inferorum*; *vel*, horror. *Vid. Ante*, β. 385.

Ἀποῤῥὼξ, ῶγος, ὁ ϗ ἡ, *Substantive accipitur pro* rivo: *item*, stilla, propagine, brachio fluvii. *Adjective*, abruptus, deductus, derivatus, *ut Odyss.* ν. 98. ἀκταὶ ἀποῤῥῶγες, latera abrupta; *ab* ἀποῤῥήγνυμι, defluo; *aut, secundum alios, ab* ἀποῤῥήσσω, erumpo.

765 Ὁτριχες, *pro* ὁμοιότριχες, ejusdem pili, *nam* ὅμοιος, *patitur hanc Syncopen. à* θρὶξ, τριχὸς, ἡ, capillus, *mutante* θ *in* τ *in obliquis suis & compositorum: sic* οἰέτης, ejusdem ætatis, *pro* ὁμοιέτης.

Σταφύλη, ης, ἡ, *cum accentu in penultima*, perpendiculum: *sed* σταφυλὴ, ῆς, ἡ, *cum accentu in ultima*, uva; *à* σταφὶς, ίδος, ἡ, uva.

766 Θρέψ', nutrivit, *pro* ἔθρεψε, 3 *sing. aor.* 1. *verbi* τρέφω.

767 Θῆλυς, εως, ὁ ϗ ἡ, *vel* -υς, εια, υ, fœmineus, *vel* sexus fœminei, *pro quo in fœminino genere dicitur* θήλεια· θήλεια θεὸς, fœmina dea; *pro quo passim* θηλύτεραι *apud Homer.* Θ. 520. θηλύτεραι γυναῖκες, fœminæ mulieres; παρὰ τὸ θάλλειν, à gignendo & pullulando; *vel à* θηλὴ, ῆς, ἡ, *quod est* papilla.

769 Μήνιεν, irascebatur, *pro* ἐμήνιεν, 3 *singul. imperf. verbi* μηνίω. *hinc* ἀπομηνίσας, ασα, αν.

774 Δίσκος, ου, ὁ, discus, orbis, *ex ferro, ære, lapide aut ligno, qui exercendi corporis gratia in auras projiciebatur. Il.* ψ. 523. ἐς δίσκοιο λέλειπτο, ad disci jactum relictus esset; *fit à* δίσκω, jacio.

Αἰγανέα, έας, ἡ, *secundum Suidam, est* jaculum ferreum: *sed secundum Eustath. est* genus hastæ leve & longum; *ita dictum, quod spiculorum amenta fiebant è loris caprinis, eaque apta erant* εἰς αἰγῶν ἄγραν, ad caprarum capturam; *vel*, παρὰ τὸ ἄγαν ἰέναι, quod recta celeriterque ferantur.

776 Λωὸς, ὅ, ὁ, lotus, *arbor cujus fructus est quam maxime dulcis & externi, eo degustato, patriæ suæ obliviscuntur, unde proverbium,* λῶτον φαγεῖν, *comedere lotum, dicitur de iis qui regionem externam præponunt suæ*, Coul. *hinc* Λωτοφάγοι, *populi ita dicti, Odyss.* ι. 91. *Est etiam ex herbarum genere, ut hic.*

Ἑρέπτω, *fut.* ψω, comedo, *proprie, ut bestiæ in terram inclinatæ*; ἀπὸ τ ἔρας, terra, *quasi* εἰς ἔρας κύπτειν, ἑρεπτόμενοι, *particip. præs. med.*

Ἐλεόθρεπτος,

Ἑλεόθρεπτος, ος, ὁ ἡ, genitus, *seu* nutritus in paludibus; *ab* ἕλος, εος, τὸ, palus, & τρέφω, nutrio.

Σίλινον, ου, τὸ, apium, *herba quædam*; ἀπὸ τῦ ζεύεσθαι ἐκ τῦ ἕλεος, quod naſcatur & erumpat è palude.

Πεπυκασμένα, denſati, bene tecti, *perf. part. paſſ. verbi* πυκάζω. 777

Ἀρηΐφιλος, ου, ὁ ἡ, Marti charus, *aut* cui Mars charus eſt, bellator, bellicoſus; *ab* Ἄρης, εος, ὁ, & φίλος, amicus. 778

Φοιλάω, *fut.* ήσω, eo, ventito; *aliquando* inſanio, *hinc* φοιτίζω, *idem*, *hym. in Bach.* 8. φοίτων, 3 *plur. imperf. pro* ἐφοίτων. 779

Ὡσεὶ, tanquam, quaſi, velut; *ab* ὡς, ſicut. 780

Ἱμάσσω, *fut.* ζω, loris verbero; *ab* ἱμὰς, άντος, ὁ, lorum, flagellum. 782

Ποδήνεμος, ου, ὁ ἡ, ventipes; *à* πῦς, & ἄνεμος, ventus, *quaſi* ἴχνσα πόδας ἀνέμω. 786

Ἶρις, ιδος, & ἴριος, & ἴριως, ἡ, Iris, circulus cœleſtis nuncians pluviam: *ideo ab* εἴρω, dico; *eſt dea nuntia aliis diis.*

Ἀλεϊεινὸς, ἡ, ὸν, triſtis, curæ plenus; *ab* ἀλέγω, curo; *vel*, moleſtus, *ut* ι. 487. difficilis, ρ. 76. *pro* ἀλγεινός· *ab* ἄλγος, εος, τὸ, dolor. 787

Ἀγορὰς ἀγορεύειν, conciones concionari, *vel* habere. 788

Θύρα, ας, ἡ, porta; *ſæpius in plurali* θύραι, fores, *inquit* Coul. αἱ θύραι *ſignificant* ipſam regum aulam, θύρῃσι *dat. plur. pro* θύραις.

Εἴσατο, aſſimulavit, 3 *ſing. aor.* 1. *med. verbi* εἴδω. 791

Σκοπὸς, ὃ, ὁ ἡ, ſpeculator, ſpectator; *à* σκέπτομαι, circumſpicio, viſo, perpendo. 792

Ποδωκείῃσι, pedum pernicitate; *dat. plur. pro* ποδωκείαις, *à* ποδώκεια, ας, ἡ, *ex* πῦς, ποδὸς, ὁ, *pes*, & ὠκὺς, εῖα, ὺ, celer.

Πεποιθὼς, υῖα, ὸς, fretus, *part. perf. med. verbi* πείθω.

Δέγμενος, *in* πολιδέγμενος, *ſupra*, β. 137. 794

Παρὰ ναῦφιν, *pro* ἀπὸ νηῶν. *Multa nomina ſecundæ, tertiæ, & quintæ declinationis, ſyllabas* φι *vel* φιν, *in fine ſibi adjungunt, & fiunt indeclinabilia.*

Ἀφορμηθεῖεν, *pro* -είησαν, 3 *plur. aor.* 1. *opt. paſſ. verbi* ἀφορμάω, ex aliquo loco me proripio; *ab* ἀπὸ, & ὁρμάω, impetu feror, *ab* ὁρμὴ, ῆς, ἡ, impetus.

Ἄκριτος, τυ, ὁ ἡ, indemnatus, indiſcretus; ἄκριτοι μῦθοι, *id eſt*, ἀναρίθμητοι, non numerati ſermones: *numerantur enim verba, & ponderantur rationes in judicio*; *hinc* ἀκριτόμυθος, υ, ὁ ἡ, β. 246. *à* κρίνω. 796

Εἰρήνη, ης, ἡ, pax; παρὰ τὸ εἴρειν, dicere, *quod tempore pacis, ubi arma ſilent, jus verbis dicatur.* 797

Ἀλίαστος, υ, ὁ ἡ, inevitabilis; *ab* α *privat.* & λιάζω, jacto, agito, declino, devito, ſeparo me, abſcedo; *quod dicitur per Metath. verbi* ἐλίζω, congrego.

Ὄρωρα, *perf. med. Attico anadiplaſiaſmo, pro* ὦρα, *quod ſignificat active aut paſſive*; *ab* ὄρω, moveo, concito: *ſic* ὄπωπα, *ab* ὄπτομαι, *præt. med. Att. pro* ὦπα, *ut* ὄρωρα, *pro* ὦρα, *ab* ὄρω. *Vid.* β. 146.

Πολυσπερὴς, έος, ὁ ἡ, multum ſparſus, & diſſeminatus; *à* σπείρω, ſero, ſemino, ſpargo; *eſt epitheton hominum, quia per diverſos terræ tractus ſparſi ſunt, in multas nationes & populos diſtributi.* 804

Πολιήτης, *poët. pro* πολίτης, υ, ὁ, civis; *à* πόλις, εως, ἡ, urbs. 806

Τεῦχος,

808 Τεῦχος, εος, τὸ, vas; τεύχεα, arma, *in plur. à* τεύχω, fabricor; *aliquando*, armare, ſtruere.

809 Πύλη, ης, ἡ, porta, *proprie*, aditus per mœnia in urbem ferens; *à* πόλις, civitas, *quaſi* πόλη, *quod* πόλις πύλαις *muniatur*; *vel à* πολλὴ ὕλη, multa materia; *quod cujuſque rei materia in urbem per portas importetur*, *Harm.* Coul. *autem deducit à* πλύσσω, complico.

Οἴγω, & οἴγνυμι, aperio, ὠΐγνυν, 3 *plur. imperf. Ionic.* ᾠΐγνύμην, *pro* ᾠγνύμην, *Ionica Dialyſi.*

810 Πεζός, ᾶ, ὁ, pedes, qui pedibus iter facit; *à* πέζα, ης, ἡ, malleolus pedis; πεζοὶ θ' ἱππῆες, pedeſtres, equeſtreſque; *ab* ἵππος.

Ὀρυμαγδός, ᾶ, ὁ, tumultus, ſtrepitus, *proprie in montibus, cum reſcinduntur arbores*; *ab* ὄρος, εος, τὸ, mons, & ὄμαδος, ᾶ, ὁ, clamor, *per Metath.* ὀρυμαγδός.

811 Κολώνη, ης, ἡ, *vel* κολωνὸς, ᾶ, ὁ, tumulus editus, collis, columna; *à* κόλος, mutilus & truncatus; *vel à* κολύω, *quia celeriorem progreſſum itinerantium impedit.*

812 Περίδρομος, ᾶ, ὁ ϗ ἡ, circumvius, rotundus; *à* τρέχω, *aor.* 2. ἔδραμον, curro, *præt. med.* δέδρομα.

814 Πολύσκαρθμος, ᾶ, ὁ ϗ ἡ, peragilis in ſaltu; *à* σκαίρω, ſalio, ſalto; *eſt epitheton Myrinnæ reginæ Amazonum agillimæ, quod multa præclara fecerat in bello facinora*; σκαρθμὸς *idem eſt ac* τῶν ποδῶν κίνησις, motio pedum.

816 Κορυθαιόλος, ᾶ, ὁ ϗ ἡ, ornatam habens galeam; *à* κόρυς, θος, ἡ, galea, & αἰόλος, η, ον, varius; *hinc* αἰόλλω, vario.

820 Ἀφροδίτη, ης, ἡ, Venus; παρὰ τὸ δύνειν τὰ ἀφρᾷ· *ab* ἀφρὸς, ᾶ, ὁ, ſpuma, *eſt* & libido venerea; *alii dictum putant quaſi* ἀφροσύνην, inſipientem: *quia contraria eſt Palladi Venus, & incontinentia ſapientiæ*; *alii* παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς διαίτης, *à* mollitie & deliciis vitæ.

821 Κνημὸς, ᾶ, τὸ, pars montis quæ à pede ipſius aſcendit; *à* κνήμη, ης, ἡ, tibia.

Εὐνάω, *vel* εὐνάζω, ſopio; *etiam in paſſ.* concumbere, decumbere; εὐνηθεῖσα, *aor.* 1. *part. paſſ. ab* εὐνὴ, ῆς, ἡ, cubile, *quod ab* εὕδω, dormio, *quaſi* εὐδινή.

824 Νείαλος, infimus; *à* νείος, νειόταλος, *per Syncop.* νείατος,

832 Ἔασκε, ſinebat, 3 *ſing. imperf. Ion. pro* εἴα, *verbi* ἐάω.

833 Φθισήνωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, viros corrumpens, pernicioſus; *à* φθίνω, corrumpo, & ἀνὴρ, vir, *epitheton belli.*

837 Ὄρχαμος, ᾶ, ὁ, princeps; *vox poëtica, pro* ἀρχὸς, *quaſi* ἄρχαμος.

839 Αἴθων, ωνος, ὁ, ardens; *ab* αἴθω, ardeo; αἴθωνες ἵπποι, ardentes equi, *eſt* & *epitheton ferri*, δ. 485. αἴθωνι σιδήρῳ, micanti ferro.

Αἴθων, *proprium nomen unius equorum Solis*; *quorum numerantur quatuor*, Θ. 185.

Ξάνθε τε, ϗ σὺ Πόδαργε, ϗ Αἴθων, Λάμπε τε δῖε.

845 Ἀγαῤῥόος, *contr.* -ῥους, ᾶ, ὁ ϗ ἡ, æſtuoſus; *ab* ἄγαν, valde, & ῥέω, fluo; *dicitur* Ἑλλήσποντος ἀγαῤῥόος (*inquit* Coulon) *propter anguſtias freti ſparſaſque per æquor Cycladas, cæteraſque inſulas, ad quas colliſi fluctus reciprocantur.*

848 Ἀγκυλότοξος, ᾶ, ὁ ϗ ἡ, curvum habens arcum; *ab* ἀγκύλος, η, ον, curvus, & τόξον, ᾶ, τὸ, arcus.

Ἐπικίδνημι,

Ἐπικίδνημι, diffundo ſuper; *à* κίδνημι, *quod à* κιδνάω, *hoc autem à* κεδάω, diſpergo.

Αἶα, *per Aphæreſin, pro* γαῖα. *Vid.* α. 244.

Ἡμίονος, ε, ὁ καὶ ἡ, mulus; *ab* ἥμισυς, εια, υ, dimidium, & ὄνος, ε, ὁ *vel* ἡ, aſinus: *quia generatur ex equo & aſina.*

Γένος, εος, τὸ, genus; *à* γίγνομαι.

Ἀγρότερος, έρα, ερον, agreſtis; *ab* ἀγρὸς, ε, ὁ, ager; ἀγροτέρα, *ſubſtant.* venatrix; *epitheton Dianæ, cui venatores lucos & ſylvas conſecraverunt,* φ. 471. θηρῶν Ἄρτεμις ἀγροτέρη, ferarum Diana venatrix.

Γενέθλη, ης, ἡ, origo, generatio; *quod à* γενεὰ, ᾶς, ἡ, *quod à* γίνομαι.

Οἰωνιστὴς, ε, ὁ, augur per divinationem avium; *ab* οἰωνὸς, ε, ὁ, avis vorax; *item,* augurium, *ut paulo poſt.*

Ἐδάμη, proſtratus eſt, 2 *ſing. aor.* 2. *paſſ. à* δαμάω, domo; *hinc* δαμνάω, *idem*; *vel, ut quidam volunt, à* δέμω, *vel* δέμομαι, *inuſitat. hinc aor.* 2. ἐδάμην, & *præt.* δέδμηκα, *per Syncop. pro* δεδέμηκα, & *paſſ.* δέδμημαι.

Κεραΐζω, *proprie,* cornibus diſſipo, ut bos, *vel,* ſcindo, vaſto, diripio; κεραΐζε, 3 *ſing. imperf. pro* ἐκεραΐζε, *à* κέρας, ατος, τὸ, cornu.

Μέμασαν, *pro* μεμάκεισαν, *per Syncop. ab inuſit.* μάω, *ſupra*; *eodem modo,* μεμάασι, *pro* μεμάκασι, κ. 208. μέμαμεν, *pro* μεμάκαμεν, ι. 637. μεμαὼς, *pro* μεμακὼς, α. 590.

Ὑσμῖνι, *per Metaplaſm. pro* ὑσμίνῃ, *de quo vid.* β. 40.

Γέγαα, *poët. præt. med. ex* γείνομαι, gignor, naſcor, *unde* γεγαὼς, υῖα, ός.

Βαρβαρόφωνος, ε, ὁ καὶ ἡ, rudis; *proprie,* rudis in voce; *à* φωνὴ, ῆς, ἡ, vox, & βάρβαρος, ε, ὁ καὶ ἡ, barbarus; *dicti autem ſunt barbari* (*apud Græcos, inquit* Coul.) *peregrini homines; à* βάρβαρ, *voce abſona, in quam incidere ſolebant, cum primum Athenis verba Græca conabantur. Cares omnium maxime* βαρβαρόφωνοι, *inde* καρίζειν *eſt* βαρβαρίζειν.

Ἀκριτόφυλλος, ε, ὁ καὶ ἡ, frondes habens indiſcretas, frondoſus; *ab* ἄκριτος, β. 796. *hoc ab* α *privat.* & κρίνω, judico, ſecerno, & φύλλον, ε, τὸ, folium.

Ἐπαρκέω, depello, auxilior; ἐπήρκεσε, 3 *ſing. aor.* 1. *ab* ἐπὶ & ἀρκέω.

Λυγρὸς, ὰ, ὸν, triſtis, gravis, miſerabilis; *à* λοιγὸς, ε, ὁ, pernicies, mors, *Martin. vel à* λα & ὑγρὸς, valde humidus: *humidiora enim loca ſunt quibuſcunque cubantibus inimica, Harm. fortaſſe dicitur quaſi* λυγκρὸς, *à* λύγξ, λυγκὸς, ὁ *vel* ἡ, ſingultus.

Ὄλεθρος, ε, ὁ, interitus, peſtis, pernicies, mors; *hinc* ὀλέθριον ἦμαρ, exitialis dies, τ, 294. *ab* ὄλλυμι, pereo.

Δινήεις, εσσα, εν, varius, undoſus; *item* vorticoſus; *à* δίνη, ης, ἡ, aquarum vortex, *ſeu* aëris turbo; ἐκ τοῦ δεύω, rigo.

CLAVIS HOMERICA

In Γ. ILIADIS.

1 Ἅμα, ſimul ; ἄμυδις, *poët. pro* ἅμα, *Iliad.* ι. 6.

2 Ἐνοπὴ, ῆς, ἡ, clamor ; *ab* ἐνέπω.

Ὄμβρος, ου, ὁ, imber ; *ab* ὁμὸς, ἡ, ὸν, & ῥόος, ου, ὁ, fluxus : *quod ſimul & confertim pluat* ; *hinc per parentheſin* τῦ ι, *fit* ὄμβριμος, ου, ὁ ϗ ἡ, γ. 357. impetuoſus, gravis ; *aliquando* ὄβριμος, *ſine* μ. *ſed tum*, potens, minax, fortis, δ. 453. *Vid.* γ. 357.

Ἀθέσφατος, άτου, ὁ ϗ ἡ, vehemens, nimius : *quaſi* ὃ οὐδὲ Θεὸς φατίζοι, quod ne Deus ipſe quidem poſſit effari, *ab* α *privat.* & θέσφατος, θ. 477. fatalis, divino ore pronuntiatus ; *à* θεὸς, & φατὸς, *à* φημί· *hinc* θέσφατα, reſponſa divina, *Od.* ι. 507.

5 Ῥοὴ, ῆς, ἡ, ſilentium ; ῥοάων, *Æol. pro* ῥοῶν, *gen. plur. à* ῥέω.

6 Πυγμαῖος, ου, ὁ, Pygmæus ; *à* πυγμὴ, ῆς, ἡ, pugnus ; *item* menſura continens ſpatium quod eſt à cubito ad digitos clauſos ; *quia Pygmæi populi non excedebant iſtam menſuram ſtatura ſua.*

8 Σιγὴ, ῆς, ἡ, ſilentium ; *à* σιγάω, ſileo ; *in dativo Adverbialiter, ut hic,* ἴσαν σιγῇ, tacite ibant.

Πνείοντες, *poët. pro* πνέοντες, *nom. plur. part. præſ. verbi* πνέω.

9 Ἀλλήλων, *dat.* ἀλλήλοις, & *fœm.* αις, *accuſ.* ας, *fœm.* ας, *neut.* α, *eſt defectivum*, invicem, alter alterum, alii alios ; *ab* ἄλλος, η, ον.

11 Κλέπτω, *fut.* ψω, furor, decipio : *quaſi à* καλύπτω· *quia ſecrete furatur* ; *hinc* κλέπτης, ου, ὁ, fur.

Ἀμείνω, meliorem, ἀμείνονα, ονος, *neut. plur.* ἀμείνονα, -οα, ω.

12 Ἐπιλεύσσω, εις, ει, videt, *ex* ἐπὶ, & λεύσσω.

13 Κονίσσαλος, ου, ὁ, pulvis excitatus ; *à* κόνις, εως, ἡ, pulvis, & ἄλλομαι, ſalio.

Ὄρνυμι, excito ; ὤρνυτο, 3 *ſing. imperf. paſſ. ab* ὄρω.

Ἀελλὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, turbidus, procelloſus ; *ab* ἄελλα, ης, ἡ, procella.

15 Σχεδὸν, prope ; *hinc* σχεδόθεν, *idem*, π. 800.

16 Προμαχίζω, in prima acie pugno ; *ex* πρὸ, & μάχομαι.

17 Παρδάλεος, *fœm.* έη, ῆ, pantherinus, παρδαλέην, *ſcilicet* δορὰν, pantherina pellis, *quam geſtabat Paris Alexander humeris* ; *mos erat heroum pellem geſtare* (*ut* Coul. *ex Scholiaſt. annotat*) *Argus pellem Tauri, Aceſtes Libyſtidos urſæ, &c.* *à* πάρδαλις, εως, ἡ, *quod dicitur, quaſi* πρόαλις, παρὰ τὸ προάλλεσθαι, *quod ſaliat & inordinate moveatur in greſſu.*

Καμπύλος, η, ον, curvus, flexibilis ; *à* κάμπτω, deflecto, curvo ; *idem* γνάμπτω.

18 Κεκορυθμένος, *per Syncop. pro* κεκορυθεμένος, η, ον, armatus, munitus, *à* κορυθέω· *aut potius, ſecundum alios, per Antiſtæchon, pro* κεκορυσμένος·

ρυσμένος· *à* κορύσσω, galea armo; *item*, armo *in genere*; *à* κόρυς, υθος, ἡ, galea. Κεκορυθμένα χαλκῷ, ferro munita, *aut* acuminata, *aut* ferreas cuſpides habentia.

Προκαλίζω, provoco; προκαλίξετο, 3 *ſing. imperf. Ion. à* καλέω. 19

Δηϊοτὴς, ῆτος, ἡ, pugna, certamen; *à* δήϊος, ία, ον, hoſtilis, ardens; *hinc* δηιάω, comburo, vaſto igni; *idem* δηίζω, & δηϊόω, *à* δαίω, uro. 20

Βιβάω, βίβημι, eo, progredior; βιβάων, *præſ. part.* βιβάω· βιβὰς, η. 213. *part. aor.* 2. *verbi* βίβημι, *poët. loco* βῆμι· βιβάσθω, *idem*, ν. 809. *à* βαίνω, vado. 22

Λέων, οντος, ὁ, leo, animal perſpicaciſſimum, παρὰ τὸ λάω, *quod eſt* βλέπω. 23

Σῶμα, ατος, τὸ, corpus: *quaſi* δῶμα τῆς ψυχῆς, domus animæ; *vel quaſi* ζώαιμα, *à* ζῶον αἷμα.

Κύρω, nanciſcor, incido, *ut hic*; *item*, ſum, exiſto, *fut.* κύρσω· ἐπὶ ζώματι κύρσας, corpori impingens; *hinc* κύρμα, ατος, τὸ, ε. 488. *id, in quod aliquis incidit, præda quam aliquis nanciſcitur*; *eſt* & κυρέω, *idem, unde* 6. *hym. ad Neptun.* κυρῆσαι.

Κεραὸς, ὄς, ὁ, cornutus; *à* κέρας, τος, τὸ, cornu. 24

Ἄγριος, ία, ον, *Adjective*, agreſtis; τὰ ἄγρια, *ſubſtantive*, ε. 52. *ab* ἀγρὸς, ὄς, ὁ, ager.

Πεινάω, *fut.* άσω, eſurio; *à* πεῖνα, ης, ἡ, fames.

Εἴπερ, quamvis, etiamſi. 25

Σεύω, *fut.* ζω, concito, *aliquando* proſequor, ζεύωνται, 3 *pl. pr. ſubj.* 26

Ἀλείτης, ου, ὁ, peccator, ſceleratus, impius. *idem* ἀλιτρὸς, ὄς, θ. 361. 28
ab ἀλείτω, ἀλίτω, ἀλιτέω, & ἀλιτραίνω, pecco; ἀπὸ τῆς λιτῆς, *quaſi paſſus repulſam precationis*; *poteſt derivari ab* ἀλάομαι, vagor; *hinc* ἀλιτήμων, ονος, ὁ, peccator, ω. 157.

Ὄχος, ου, ὁ, & εος, τὸ, currus; *ab* ἔχω, *quod aliquando eſt idem quod* ἑλαύνω, traho; *hinc* ὀχέω, *fut.* ήσω, veho, porto; *aliquando* ὄχος, aquarum impetus, & *idem quod* ὀχετὸς, ὄς, ὁ, canalis; *hinc* ὀχεηγὸς, ὄς, ὁ, aquæ ductor, φ. 257. 29

Χαμάζε, & χαμάδις, humi; *à* χαμαὶ, humi, in terra; *quaſi* χθαμαὶ, *à* χθὼν, ονὸς, ἡ, terra: *vel*, *à* χῶ, fundo, *quaſi fuſe & abjecte in terram.*

Καὶαπλήσσω, *fut.* ξω, percello, obſtupefacio; καὶεπλήγη, 3 *ſing.* 31
aor. 2. *paſſ. à* πλήσσω, *fut.* ξω, percutio. 32

Ἀλεείνω, fugio, vito; *ab* ἀλέω, *ſignificante* vito, caveo: *ſed primario*, molo; *ſed* ἀλεαίνω, caleo.

Χάζω, *fut.* ζω, recedo, retrocedo, devito; *item* capax ſum, ἐχάζετο, 3 *ſing. imperf. med.*

Παλίνορσος, ου, ὁ ἡ, reſiliens, *à* πάλιν, & ὄρω. 33

Βῆσσαι, αι, vallis, concavitas, campus; *vel*, loca arboribus conſita, βήσσης, *dat. plur. Ion. pro* βήσσαις. 34

Τρόμος, ου, ὁ, tremor; *à* τρέμω.

Ὑπὸ —— ἔλλαβε *per Tmeſin pro* ὑπέλαβε, λ duplicata metri cauſa.

Γυῖον, ου, τὸ, membrum, *proprie dicitur de pedibus & manibus*; παρὰ τὸ ἐπὶ τῆς γυῖης (*id eſt*, γῆς) ἰέναι, quod hi ſuper terram gradiantur; *iſtæ vero*, πάντα χωρῆσι, *à* χῶ, omnia complectantur; *vel*, *à*

puerulis

puerulis dictum, qui manibus & pedibus βαίνουσιν ἐπὶ τῆς γῆς, *id est*, reptant, Coul.

35 Ἀναχωρέω, *fut.* ήσω, recedo; *à* χωρέω, eo, accedo; *item*, capax sum; *a* χῶρος, ου, ὁ, locus. ἀνεχώρησε, 3 *sing. aor.* 1.

Ὠχρος, ου, ὁ, pallor: *quasi* ἄχρως· *ab a privat.* & χρόα, color; *hinc* ὠχρὸς, ρὰ, ρὸν, pallidus, *Batrach.* 80. & ὠχρέω, *Odyss.* λ. 528. palleo.

39 Δύσπαρις, ιδος, ὁ, infelix Paris; *à* δυς, *quod usurpatur tantum in compositione pro* ægre, male, infeliciter.

Γυναιμανὴς, ές, ὁ ἡ, mulierosus, mulierum amore insanus; *à* γυνὴ, αικὸς, ἡ, & μαίνομαι, furo.

Ἠπεροπευτὴς, έος, ὁ, deceptor; *hinc* ἠπεροπεύω, 399. *hujus libri*, decipio; *ab* ἤπειρος, *pro* ἄπειρος, ου, ὁ ἡ, infinitus, innumerus, & ὀπεύω, ominor; *quod est ab* ὄψ, ὀπὸς, ἡ, vox; *vel, secundum Eustath. quasi* ἠμεροπευτὴς, *ab* ἤμερος, έρου, blandus, & ὄψ, vox, qui blandis verbis decipit.

40 Ἄγονος, όνου, ὁ ἡ, qui gignere non potest, innatus.

Ἄγαμος, άμου, ὁ ἡ, cœlebs; *à* γαμέω, uxorem duco; *vel quasi* ἄδαμος, indomitus; γάμος *enim est* δάμος, *nuptiæ jugum sunt.*

41 Κερδίων, κέρδιον, utilius; κέρδιστος, utilissimus; *à* κέρδος, εος, τὸ, lucrum.

Λώβη, ης, ἡ, injuria, dedecus, forte, *à* לעב laab, subsannare.

42 Ἐπόψιος, ίου, ὁ ἡ, spectabilis, *adeo ut sit materia exprobrationis*; *ab* ὄπλομαι, video.

43 Καγχάζω, *fut.* άσω, cachinnor, effuse rideo; καγχαλάω, *idem*; καγχαλόωσι, *pro* καγχαλῶσι, 3 *plur. præs. subjunct.*

44 Πρόμος, ου, ὁ ἡ, *pro* προμάχος, propugnator, antesignanus; *à* μάχομαι.

Ἔπι, *per Syncop. pro* ἔπεστι· *ab* ἔπειμι, insum.

47 Ἐπίπλωμι, *aut* ἐπιπλώω, *fut.* ώσω, navigo in, transnavigo; πλῶμι, *aut* πλώω, *poëtice pro* πλέω, navigo.

Ἐρίηρες, *Ionice pro* ἐρίηροι, *sic in accus.* ἐρίηρας, *pro* -ρους· *ab* ἐρίηρος, amabilis; *à cujus nominat.* ἐρίηρος, ου, ὁ ἡ, *fiat* ἐρίηρ, peramabilis, conjunctus; *ab* ἔρι, & ἐράω, amo, *idem* ἔραζω· *alii deducunt ab* ἄρω, adapto; ἑλαίρους ἐρίηρας, charos socios, rite compactos, comites, bene aptatos inter se socios.

48 Μιχθεὶς, εῖσα, ὲν, *part. aor.* 1. *pass.* μίγνυμι, *mutuatur sua tempora à* μίγω, *inusitato.*

Ἀλλοδαπὸς, ὴ, ὸν, extraneus, alienigena; *ab* ἄλλος, η, ον, & δάπεδον, ου, τὸ, pavimentum, solum; *vel à* δᾶ, *Dor. pro* γᾶ, *vel* γῆ, terra, & πέδον, solum, campus.

49 Νυὸς, ῦος, ἡ, filii *seu* fratris uxor; *Græci enim pro Helena, ceu pro fratris communis uxore recuperanda pugnabant.*

51 Δυσμενὴς, έος, ὁ ἡ, infestus hostis; *à* δυς, & μένος, εος, τὸ, robur.

Χάρμα, αλος, τὸ, gaudium; *à* χαίρω.

Κατήφεια, ας, ἡ, & *Ion.* καληφείη, vultus demissus, *seu* pudor cum mœrore, dedecus; *à* καληφέω, χ. 293. vultum demitto; *hinc* καληφὴς, έος, ὁ ἡ, *Od.* ω. 431. qui est vultu demisso ex pudore aut tristitia;

καληφόνες,

καληφόνες, ω. 253. infames qui prodire non audent; *dicitur* ἀπὸ τῦ κάτω τὰ φάη βάλλειν, quod triſtes & pudore affecti oculos dejiciant.

Μένω, *ſignificat in bello*, in ſtatione & loco ſuo manens exſpectare, & ſuſtinere irruentem; μείνειας, 2 *ſing. aor.* 1. *opt. Æol.*

Παράκοιτις, ιδος, ἡ, *idem quod* ἄκοιτις, δος, ἡ, uxor; *ab* κοίτη, ης, ἡ, 53
cubile, concubitus, *à* κεῖμαι· παρακοίτης, ου, ὁ, maritus, ζ. 430. παράκοιτις, δος, ἡ, concubina.

Κίθαρις, ιος, ἡ, cithara; *à* κιθάρα, *idem*; παρὰ τὸ κινεῖσθαι ῥᾳδίως, 54
quod facile moveatur; *vel*, παρὰ τὸ κινεῖν εἰς ἔρωτα, quod audientes ad amorem alliciat; *hinc* κιθαριστύς, ύος, ἡ, ars canendi citharа, β. 600. & κιθαρίζω, σ. 570. cithara ludo; & κιθαριστὴς, citharista, *hym. in Muſas & Apoll.* 3.

Δειδήμων, ονος, ὁ ἡ, timidus; *à* δείδω. 56

Ἔσσω, *pro* ἔσο, *quod eſt pro* εἶσο· *ab* εἶμην, *pluſquamerf. paſſ.* 57
ab ἕω, induo.

Αἶσα, ης, ἡ, officium, *ut hic*; *aliquando* fatum; *ut* α. 416. parca, 59
υ. 127. ſors, ω. 224. pars, σ. 327.

Πέλεκυς, εος, ὁ, ſecuris, gladius anceps; παρὰ τὸ πέλειν ὠκύς, quod 60
ſit velox; *hinc* πελέκκησεν, *Odyſſ.* ε. 244. *Poët. geminato* κ. *ex* πελεκάω, & πέλεκκον, ν. 612. manubrium bipennis.

Ἀτειρὴς, έος, ὁ ἡ, indomitus; *à* τείρω, affligo, vexo, domo, conficio, & α *privat.*

Ἐκλάμψησι, *Ion. pro* ἐκλάμψῃ, 3 *ſing. ſubj. præſ. à* τάμνω, ſcindo. 62
Ionice & Dorice pro τέμνω *idem*; *vel pro* ἐκλάμῃ, *poët. inſerto* ν, & *Ion. addito* σι, *aor.* 2. *ſubj.* ἐκλέμνω, *aor.* 2. ἐξέταμον.

Νηΐος, ία, ιον, *vel* νήϊος, ου, ὁ ἡ, navalis; *à* ναῦς, ὸς, ἡ, navis; νήϊον ξύλον, lignum navale, *pro quo apud Homer.* δόρυ νήϊον, *ut Iliad.* ο. 410. ρ. 744. & *Odyſſ.* ι. 384. *hic autem, ut &* ν. 391. *ſimpliciter* νήϊον, lignum navale.

Ἐρωὴ, ῆς, ἡ, impetus; *ab* ἐρωέω, fluo; *interdum &* impetu feror; *aliquando* ἐρωνὴ, ceſſatio, *ut Iliad.* ϖ. 301. *ab* ἐρωέω, ceſſo.

Ἀτάρβητος, ου, ὁ ἡ, intrepidus; *à* ταρβέω, *ante*; *eſt &* ἀταρβὴς, 63
έος, ὁ ἡ, *idem*, *Iliad.* ν. 299.

Προφέρω, exprobro, objicio, crimini objicio, *hic.* 64

Ἐρικυδὴς, έος, ὁ ἡ, valde illuſtris, admodum glorioſus; *à* κῦδος, 65
εος, τὸ, gloria.

Καθίζω, *fut.* σω, ſedere facio; κάθισον, 2 *ſing. aor.* 1. *imperat. ab* 69
ἵζω, *idem.*

Κτῆμα, ατος, τὸ, poſſeſſio; κτήματα, bona, facultates; *à* κτάομαι, 71
κτήσομαι, κέκτημαι, acquiro, poſſideo.

Ὁππότερος, uter; *poët. pro* ὁπότερος, έρα, ρον, *à* πότερος *idem.* 72

Ἱδρύνθησαν, reſederunt, 3 *pl. aor.* 1. *paſſ. Ion. pro* ἱδρύθησαν, *verbi* ἱδρύω. 78

Τιλύσκομαι, collineo, intenſiſſime dirigo; *à* τιλαίνω, tendo. *Vide* 80
ϑ. 41.

Στεῦται, *pro* στεύεται, *ut* στεῦτο, β. 596. 84

Ἐσσυμένως, propere; *à* σεύω, *ſupra.* 86

Πολυβότειρος, είρα, ρον, *epitheton terræ*, quaſi multum paſcens; *à* 89
βόω, paſco; πολυβοτείρη, *pro* πολυβοτείρα, *poët. addito* υ, *vel Ionice mutato* α *in* η.

Ἀκὴν

95 Ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, fuerunt taciti. *Vid.* α. 34.

99 Πέποσθε, *Syncop. pro* πεπόνησθε, *præt. paſſ. à* πονέω, *vel potius pro* πεπόνθατε, *præt. med. verbi* πάσχω, patior; *pleonaſt. inſerto* σ.

101 Τέτυκται, *pro* τέτευκται· *à* τεύχω, fabricor.

102 *Ab inuſitato* τέθνημι, *uſurpantur præſens imperat.* τέθναθι, χ. 365. *& optat.* τεθναίην, *ut hic. infin.* τεθνάναι, *pro quo* τεθνάμεν, *Doric.* ο. 497. *&* τεθνάμεναι, ω. 225. *& in præt.* τεθνειῶτας, ξ. 71. *per Syncop. pro* τεθνεικῶτας, *&* τεθνεῶτι, *Odyſſ.* τ. 331. *Bœot. pro* τεθνηκῶτι, *pro quo etiam* τεθνηότα, ρ. 401. *&* τεθνᾶσι, η. 328. *per Synæreſin, ex* τεθνάασι, *à* τέθνηκα, *Vid.* ξ. 466. *à* θνήσκω, morior.

106 Ὑπερφίαλος, ου, ὁ ἡ, infidus, fœdifragus, qui pertranſit jusjurandum, quod per phialas factum eſt; *à* φιάλη, ης, ἡ, phiala, vas ex qua liba fundebantur, *&* ὑπὲρ, ſupra; *ſignificat etiam* ὑπερφίαλος (*inquit* Coul.) vinoſus. *Procos enim vocat poëta* ὑπερφιάλους, *qui cyathos plures & capaciores exhauriebant, Odyſſ.* α. 134. μὴ ξεῖνος ἀνιηθεὶς ὀρυθμαγδῷ, δείπνῳ ἀδήσειεν, ὑπερφιάλοισι μεμελθών, ne hoſpes, offenſus ſtrepitu in convivio, turbaretur cum vinoſis congreſſus. *Sunt qui exponunt,* ſuperbis; *in qua ſignificatione legitur, Odyſſ.* δ. 503. εἰ μὴ ὑπερφίαλον ἔπος ἔκβαλε, niſi ſuperbum dictum protuliſſet. *Od.* ι. 106. *vocat Cyclopas* ὑπερφιάλους, *id eſt,* homines magnæ ſtaturæ, *ducta metaphora à poculis capacibus; hinc Adverb.* ὑπερφιάλως, *Iliad.* ν. 293.

107 Ὑπερβασία, ας, ἡ, *pro* ὑπέρβασις εως, ἡ, tranſgreſſio, delictum; *à* βαίνω.

109 Μείῃσι, *Ion. & poët. pro* μείῃσι, *hoc autem poëtica parag. pro* μείῃ, interfuerit; 3 *ſing. ſubj. præſ. verbi* μέτειμι.

113 Ἐρύκω, *fut.* ξω, contineo, arceo, impedio: *ſed* ἐρύω, *fut.* σω, tueor, traho.

116 Προτὶ, *pro* πρὸς, *Dorice.*

118 Προΐει, *contract. ex* προΐεε, *Att. pro* προΐη, 3 *ſingul. imperf. verbi* προΐημι, præmitto.

122 Γάλως, ὁ, *genit.* γάλωος, *&* γάλω, *&* γαλόως, γαλόω, glos, ſoror mariti, vel uxor fratris; *à* γάλα, λακτος, τὸ, lac, *quod ſint (inquit Harm.) quaſi* ὁμογάλακτοι, eodem lacte nutriti, *eo quod ſæpius conviventur.*

Δάμαρ, ἡ, uxor, *genit.* δάμαρτος, *quaſi* γάμαρ· *à* γάμος, ου, ὁ, nuptiæ; *vel,* ἀπὸ δαμάζεσθαι ἀνδρὶ, quod viro ſubjiciatur.

125 Ὑφαίνω, texo, ordior; *item* ὑφόω· *unde* ὑφαντὸς, ὴ, ὸν, textus, *Odyſſ.* ν. 136. ἐσθῆτα ὑφαντὴν, veſtem textilem, *&* ὕφασμα, ατος, τὸ, tela, *Odyſſ.* γ. 274. *Metaphorice dicitur,* μύθους καὶ μήδεα ὕφαινον, verba & conſilia texebant, γ. 212. *&* δόλον ὕφαινε, dolum texebat, ξ. 187. *id eſt,* ſtruebat.

126 Δίπλαξ, κος, *hic* duplex: *proprie* duas cruſtas habens; *à* δὶς, bis, *&* πλαξ, κὸς, ἡ, cruſta; *vel, à* διπλάζω, *f.* σω, gemino, duplico, *quod à* διπλόος, duplus.

Μαρμαίρω, ſplendeo, *hinc* μαρμάρεος, έα, εον, ſplendens, *&* μάρμαρος, ου, ὁ καὶ ἡ, marmor, μ. 380. *eſt &* μάρμαρος, ſplendidus, *vel* marmoreus, ω. 735. πέτρον μάρμαρον, lapidem ſplendidum, *vel* marmoreum.

Ἐμπάσσω, *f.* άσω, inſpergo, *Metath.* intexo; ἐνέπασε, 3 *ſingul. aor.* 1. *poët.* σσ *gem. à* πάσσω, *idem.*

Ἄεθλος,

Ἄεθλος, ου, ὁ, *vel* ἆθλος, *in oratione ſoluta*, certamen, labor; *à* τλῶ *præfixo* α *epitatico*, & τ *mutato in* θ.

Ὠκέα, *pro* ὠκεῖα, *fœm. ab* ὠκὺς, εῖα, ὺ, celer. 129

Νύμφα, & νύμφη, ης, ἡ, ſponſa, *proprie*, nympha, nurus; *hinc* νυμφεύω, do nuptum. 130

Θέσκελος, ελη, ὁ ϗ ἡ, Dei ſimilis, admirabilis; *à* θεὸς, & εἴκελος, ſimilis; *ab* εἴκω.

Λιλαίομαι, cupio, appeto, deſidero, *poët. vox, idem* γλίχομαι· *in proſa*, λιλαίεαι, *Ion. pro* λιλαίῃ, γ. 399. λιλαιόμενοι, *part. præſ. med.* 133

Πέπηγε, 3 *ſing. præt. med. verbi* πήγνυμι, *f.* ξω, compingo, infigo. 135

Σεῖο, *Ion. pro* σοῦ, tui, *à* σύ. 137

Κεκλησομαι, *paulo poſt fut. verbi* καλέω, *quod format. præt. paſſ.* κέκλημαι, *tanquam à* κλέω, *à cujus ſecunda perſona* κέκλησαι, *formatur* κεκλήσομαι, σῃ. 139

Τοκεὺς, έως, ὁ, parens; *à* τίκτω, pario; τοκήων, *Ionice pro* τοκέων. 140

Καλύπτω, *f.* ψω, operio, tego, καλυψάμενος, ένη, ενον, *part. aor.* 1. *med.* 141

Ἀργενὸς, *vel* ἀργεννὸς, νὴ, νὸν, albus; *ab* ἀργὸς, νὴ, νὸν, ἀργεννῆσι, *dat. plur. pro* ἀργεννᾶῖς.

Ὀθόνη, ης, ἡ, linteum, velum, ὀθόνησι, *dat. pl. pro* ὀθόναις.

Θάλαμος, άμου, ὁ, thalamus, cubiculum: *proprie uxoris & mariti*; ἀπὸ τοῦ θάλλω, florens, virens. γ. 174. *accipitur per Synecdoch. pro tota domo.*

Τέρην, ρεινα, εν, tener, mollis; *à* τείρω, vexo, affligo, tero. 142

Ἀμφίπολος, όλου, ὁ ϗ ἡ, famulus, & famula, *quaſi* περὶ τὴν δέσποιναν πολοῦσα, circa dominam verſans; *ab* ἀμφὶ, & πολέω, verſor; *hinc* ἀμφιπολεύω, famulor, *Odyſſ.* σ. 253. 143

Οἱ ἀμφὶ Πρίαμον, Priamus, *vel* Priami comitatus. 146

Πνῦμι, *à* πνέω, ſpiro; πνῦμαι, ſapio; *hinc* πεπνυμένος, η, ον, ſapiens. 148

Εἵαλο, ſedebant, *Ion. pro* ἧντο, 3 *pl. imperf. verbi* ἧμαι.

Δημογέρων, οντος, ὁ, ſenior populi, judex populi, ſenator ob ætatem, pater ob auctoritatem; *à* δῆμος, ου, ὁ, populus, & γέρων, οντος, ὁ, ſenex. 149

Τέττιξ, γος, ὁ, cicada, *per Onomatopœian, eleganter poëta ſenes cicadis comparat, quia utrique ſint* ἄναιμοι & λάλοι, loquaces & ficci; τεττιγεσσι, *dat. pl. pro* τέττιξι. 151

Δένδρον, ου, τὸ, arbor; δένδρεον *pleonaſmo* τοῦ ε. *inde* δενδρήεις, ήεσσα, ήεν, *Odyſſ.* α. 51. arboribus abundans. 152

Λειριόεις, όεσσα, όεν, liliaceus; *item* ſuavis; *à* λείριον, ίου, τὸ, lilium.

Πύργος, ου, ὁ, turris; *item*, ordo militaris, forma quadrangulari diſpoſitus in modum turris, viros 660. continens; *à* πῦρ, ρὸς, τὸ, & ἔργον, ου, τὸ, *quia fulmini & igni obnoxiæ ſunt*; *vel, quia ob acuminatas formas ſunt flammæ ſimiles.* 153

Ἧκα, quiete, ſenſim, ſubmiſſe. 155

Αἰνῶς, *aliquando* valde, *proprie*, graviter, horrende; *ab* αἰνὸς, νὴ, νὸν, gravis. 158

Ἔφαν, *Bœot. pro* ἔφασαν, 3 *pl. imperf. à* φημί. 161

Πόσις, ιος, ὁ, maritus. 163

Πηὸς, *pro* ποὸς, ὸϝ, ὁ, *Ionic.* affinis, *à* πόω, poſſideo; *quem ſcilicet per affinitatem poſſidemus*; οἱ φίλοι, *ait Euſtath. dicuntur,*

qui genere non attingunt : ϖηοὶ autem, qui nuptiis affines & domeſtici facti ſunt.

165 Ἐφορμάω, *f.* ήσω, cum impetu irruo ; *ab* ὀρμάω, *idem.*

166 Πελώριος, ίη, ὁ ϗ ἡ, ingens, magnus, admirandus ; *à* ϖέλωρ, ωρ⊙, τὸ, monſtrum : *quod ita dicitur quaſi* ϖέλας ὄρη, prope accedens ad magnitudinem montis.

170 Γεραρὸς, ὰ, ὸν, venerabilis, honorandus, *in compar.* γεραρώτερος, έρα, ερον, γ. 211. *à* γέρας, αος, τὸ, præmium, honor.

172 Δεινὸς, ὴ, ὸν, gravis, terribilis, vehemens ; *& in bonam partem,* auguſtus, reverendus.

Ἑκυρὸς, ᾶ, ὁ, ſocer, mariti pater, *quaſi* δέκυρος, *à* δέχομαι, excipio ; *vel, quaſi* ἔκορος, ϖαρὰ τὸ εἰς ἑαυτὸν τὴν κόρην ἄγειν, quod ad ſe puellam adducat ; *in fœmin.* ἑκυρὰ, *Ion.* ἑκυρὴ, *Iliad.* χ. 451. mariti mater.

173 Ἀδέω, *f.* ήσω, placeo : ἀδέω, *f.* ήσω, tædio afficior.

174 Γνωτὸς, ᾶ, ὁ, notus, cognitus ; *item,* frater, *ut hic, à* γινώσκω.

175 Τηλύγετ⊙, έτη, ετον, & τηλυγέτης, υ, ὁ, *per Syncop. pro* τηλυγενέτης, in ſenectute genitus, natu minimus, abſente patre genitus, unicus, *ut hic ;* *à* τῆλε, procul, & γίνομαι.

Ὁμηλικία, ας, ἡ, ætatis æqualitas ; cœtus æqualium ; *ab* ὁμήλιξ, κος, ὁ ϗ ἡ, coætaneus, *quod eſt ab* ὅμιλος, υ, ὁ, cœtus, *ſeu* ὁμὸς, ὴ, ὸν, ſimilis, & ήλικία, ας, ἡ, ſtatura.

176 Τήκω, *f.* ξω, liquefacio, mollio ; *item,* macero, contabeſco ; *hinc* τηκεδόνι ϛυγερῇ, tabe horrenda, *Odyſſ.* λ. 200. τέτηκα, *perf. med.*

180 Δαὴρ, έρος, ὁ, levir, mariti frater, *à* δαίω, accendo ; *quia mos erat, ut illi tædas fratribus præferrent in nuptiis.*

Κυνῶπις, ιδος, ἡ, inverecunda, impudens ; *à* κυνώπης, υ, ὁ.

Ἄγαμαι, *fut.* 1. ἀγάσομαι, *ab* ἀγάζομαι, admiror, laude proſequor, ſuſpicio ; *aliquando* invideo ; *hinc* ἀγαυὸς, ὴ, ὸν, admirandus, ſplendidus ; *ab* ἄγη, ης, ἡ, admiratio : *ſed* ἀγὴ, ῆς, ἡ, fractura, & littus.

182 Μοιρηγενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, felici fato natus, *à* μοῖρα, ας, ἡ, fatum, felicitas, &c. & γίνομαι.

Ὀλβιοδαίμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, felix ; *ab* ὄλβι⊙, ίη, ὁ ϗ ἡ, felix, dives, locuples ; *ab* ὄλβος, υ, ὁ, felicitas, opes, agrorum poſſeſſio ; ϖαρὰ τὰς ὀλὰς, hordea ; ὄλβιος, & ὄλβος, ὁ ϖερὶ τὰς ὀλὰς βίος (*hinc Anglia & Scotia dicuntur* ὄλβιον· *ſed longo in tempore* ο *mutatum in* α. *hinc* ἄλβιον) & δαίμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, felix.

183 Δεδμήαλο, domiti ſunt, *Ionic. pro* ἐδεδμήαλο, *hoc vero pro* ἐδέδμηνλο, 3 *plur. pluſquamperf. paſſ. verbi* δέμω *inuſ. pro* δαμάω. *Vide* δεδμήμεσθα, ε. 878.

184 Ἤδη, jam, olim.

185 Αἰολόπωλος, πώλυ, ὁ ϗ ἡ, varios, *ſeu* veloces equos habens ; *ab* αἰόλλω, moveo, vario, & ϖῶλ⊙, υ, *proprie* pullus equinus ; *aliquando* puer, *vel* puella.

187 Στρατάομαι, exercitum colloco, caſtra pono ; *à* ϛρατὸς, ᾶ, ὁ, exercitus ; -όωντο, *Ion.* & *poët. pro* -ῶντο, 3 *pl. imperf.*

Ὄχθη, ης, ἡ, ripa ; ἔχω, *pro* ἐξέχω, *eo quod ripæ emineant, inde quoque foſſarum tumuli vocantur* ὄχθαι, *hinc* ὄχθος, υ, ὁ, *ut hymno in Apol.* 17. Κύνθιον ὄχθον, Cynthium collem.

188 Λέγω, *f.* ξω, numero, *hic,* ἐλέχθην, *aor.* 1. *paſſ.*

Ἀνιάνειρα,

Ἀνδρεάνειρα, ας, ἡ, virago, viris æquiparanda: *Amazonum epitheton*; *ab* ἀνδρί, & ἀνὴρ, ἔρος *vel* δρός. 189

Ἐρεείνω, interrogo, *idem* ἔρομαι· *ab* εἴρομαι, *idem*, dico. 191

Κτίλος, ου, ὁ, aries; παρὰ τὸ κίειν τῶν λοιπῶν, *quod dux gregis præcedit reliquas oves*; *vel quaſi* ἀκτίλος, *ab* ἄγω, duco. 196

Ἐπιπωλέομαι, vado, obambulo, luſtro; *à* πωλέω, *idem cum* πολέω, verto, verſo. 197

Εἴσκω, & ἐΐσκω, aſſimilor, comparo, *ab* εἴκω.

Πηγεσίμαλλος, ου, ὁ ϗ ἡ, villoſus, *vel* habens vellus nigrum, *vel* album; *à* πηγὸς, ὴ, ὸν, compactus, albus, niger, & μαλλὸς, οῦ, ὁ, vellus; *à* μῆλον, ου, τὸ, ovis.

Οἶς, ὄϊος, ἡ, *in maſc.* aries; *in fœmin.* ovis: *eſt* & οἶς, οἰὸς, λ. 677.

Πῶϋ, εος, τὸ, grex; *à* πάω, poſſideo. 198

Κραναὸς, ὴ, ὸν, aſper, ſterilis, montanus; *à* κάρηνον, ήνου, τὸ, vertex, 201
montis caput.

Δόλος, ου, ὁ, dolus, fraus; *dicitur à* δέω, ligo; *dolus enim* ὁ ζυνδῶν τὺς ἁλισκομένους, illaqueat & illigat deceptos; *vel à* δέλω, ineſco; *vel à* δηλέω, decipio; *hinc dicitur Jupiter* Δολομήτης, ου, ὁ, α. 540. & *Venus* Δολοφρονέουσα, γ. 405. & *Mercurius* Δολοφραδὴς, *Hymn. in Merc.* 282. *hinc etiam* δολόεις, όεσσα, όεν, doloſus, *Odyſſ.* η. 245. & δόλιος, ία, ιον, *idem*, *Odyſſ.* δ. 455.

Πυκνὸς, *idem quod* πυκινὸς, ὴ, ὸν, denſus, prudens. 202

Ἀγγελίας, *poët. gen.* ου, ὁ, nuntius; legatus; *ab* ἀγγέλλω, nuntio; 206
ἀγγελίης, *Ionice pro* ἀγγελίας.

Ξενίζω, *ſive* ξεινίζω, hoſpitio ſuſcipio, *à* ξένος, ου, ὁ, hoſpes. 207

Φιλέω, *f.* ήσω, *hic*, amice tracto.

Ἐδάην, novi, *aor.* 2. *paſſ. à* δαίω, diſco, ſcio; *à quo etiam formata* 208
ſunt δαεὶς, έσσα, ὲν, doctus, *Hymn. in Vulcanum* 5. δαήμεναι, ζ. 150. δαῆναι, *Odyſſ.* δ. 493.

Ἄμφω ἑζομένω *pro* ἀμφοῖν. 211

Ἐπιπροχάδην, *Adverb.* ſuccincte, mature; *à* προχάζω, curro, feſtino, rotor; *à* τρέχω. 213

Ἀμαρτοεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui dicendo peccat, *aut* decipit; *ab* ἁμαρτάνω, pecco, & ἔπω, dico. 215

Στάσκεν, *poët.* & *Ion. pro* ἔστη, 3 *ſing. aor.* 2. *verbi* ἵστημι. 217

Προπρηνὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, præceps, pronus; *à* πρὸ, & πρηνὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, 218
idem, *quod dicitur* παρὰ τὸ πρὸ νενευκέναι, in anterius labi.

Ἄϊδρις, ὁ ϗ ἡ, *genit.* εως, imperitus; *hinc* ἀϊδρεία, ας, ἡ, η. 198. 219
imperitia; *ab α privat.* & ἰδρεία, ας, ἡ, peritia: *quod ab* εἰδω, ſcio; *eſt* & ἀϊδρίη, *Od.* μ. 41.

Ζάκολος, ου, ὁ ϗ ἡ, furioſus, valde iracundus; *à* ζὰ, & κότος, ου, ὁ, 220
ira vetus.

Νιφὰς, άδος, ἡ, nix confertim & cum impetu decidens, imber ni- 222
valis; *à* νίφω, ningo; νιφάδεσσιν, *poët. pro* νίφασι· *hinc* νιφόεις, όεσσα, όεν, nivoſus, ν. 754,

Ταναύπεπλος, ου, ὁ ϗ ἡ, longum habens peplum; *à* τανύω, extendo, 228
& πέπλος, ου, ὁ, veſtis muliebris cæteris veſtibus ſuperinjici ſolita; *habebant etiam viri ſuos* πέπλους, *Iliad.* ω. 229. Priamus è ſuis Φωριαμοῖς δώδεκα περικαλλέας ἔξελε πέπλους, ex arculis duodecim perpul-

chros exemit peplos; ſtragulum: *ſignificat etiam* vela, *quibus currus & defunctorum cadavera integantur, Iliad.* ε. 194. ἐν μεγάροισι Λυκάονος ἔνδεκα δίφροι καλοὶ, πρωτοπαγεῖς, νεοτευχέες, ἀμφὶ δὲ πέπλοι πέπτανται, *in ædibus Lycaonis undecim currus ſunt pulchri, nunc primum compacti, recens facti, circum vero ſtragula expanſa ſunt.*

231 Ἀγὸς, ὁ, ἡ *vel* ὁ ἡ, dux, *ab* ἄγω, duco.

235 Τὄνομα, *pro* τὸ ὄνομα.

236 Δοίω, *& poët. in plur.* δοῖοι *pro* δύω, duo.

237 Πυξ, *Adverb.* cum pugno; πυξ ἀγαθὸς, pugillatu ſtrenuus; *vel, à* πύσσω, complico; *vel* πύκα, denſe; *contracta manus quaſi denſatur in pugnam.*

242 Φυσίζοος, ος, ὁ ἡ ἡ, ad victum generans neceſſaria, *epitheton terræ, à* φύω, naſcor, *& ζάω· vel, quaſi* φύσσα ζῶα, gignens animalia.

246 Εὔφρων, ονος, ὁ ἡ ἡ, rite ſapiens, lætum reddens; *hinc* εὐφραίνω, delecto, lætum reddo.

247 Ἀσκὸς, ὁ, uter, utris; *ab* α *epitatico, &* σχέω, contineo; *vel,* σχίζω, lacero.

Αἴγειος, ος, ὁ ἡ ἡ, caprinus, hircinus; *ab* αἴξ, γὸς, ἡ, capra. Αἴγιος, *proprium, ut* β. 574. Αἴγιος νῆσος, Ægea inſula; *dicitur quoque* Αἰγαῖος, *Odyſſ.* ι. 196. caprinus.

Φαεινὸς, ἡ, ὸν, lucidus; *à* φαείνω, luceo, *à* φάω.

260 Ζευγνύω, *vel* ζεύγνυμι, jungo, copulo, *à quo in fut.* ζεύξω, υ. 495. ζευγνύμεναι *præſ. inf. pro* ζευγνύναι.

Ὀτρύνω, incito, hortor; *hinc* ὀτραλέως, celeriter, more eorum qui incitati ſunt; *niſi malis,* παρὰ τὸ τρέω, *quod eſt* φοβέομαι, *&* σπεύδω, timeo, *&* feſtino.

261 Ἡνίον, ος, τὸ, habena; *ab* ἡνία, ας, ἡ, *idem; Euſtath. ab* ἐνόω, *derivat. eſt enim* ἡνία δεσμὸς ἐνωλικὸς τῶν ἵππων· *hinc* ἡνίοχος, ος, ὁ, auriga, ε. 231. *&* -χεὺς, έος, ὁ, ε. 505.

262 Δίφρος, ος, ὁ, pars quædam in curru, locus in curru, ubi parabates & auriga ſedebant; *dictus quaſi* διφορος, duo portans; *ſed per Synecdoch.* currus; *aliquando,* ſella, *ut* ζ. 356. ἕζεο τῷ ὄ ἐπὶ δίφρῳ, in hac ſella ſede; *in plur. eſt* δίφροι, *& aliquando* δίφρα· *eſt &* διφρὰς, άδος, ἡ, *in Eireſione, ver.* 7. καλὰ διφράδα βήσεται, in exceſſo curru portetur.

263 Ἔχω, *f.* ἕξω, *hic,* dirigo; ἔχον, *pro* εἶχον, 3 *pl. imperf.*

268 Ἄν *pro* ἄνα· *hoc autem per apoc. pro* ἀνάστα, *quod pro* ἀνέστη, *omiſſo augmento, & η mutato in α, eſt a.* 2. *ind.* 3. *ſing. à verbo* ἀνίστημι, ſurgere facio, *cujus aor.* 2. *ut & ſimplicis* ἵστημι, *neutram vel paſſivam ſignificationem habet; adeo ut* ἀνέστη, *pro quo* ἀνάστα, *pro quo* ἄνα, *retracto accentu, ſignificet,* ſurrexit; *eſt &* ἄνα *pro* ἀνάστηθι, ſurge, 2 *ſing. aor.* 2. *imperat. Vid.* ζ. 331. *eſt &* ἄνα, *vocat. ab* ἄναξ, γ. 351.

Αγανὸς, ἡ, ὸν, præclarus, venerandus, ſuperbus; *ab* ἀγάω, miror.

271 Μάχαιρα, ας, ἡ, culter, brevis gladius, *aut ſimpliciter,* gladius; *à* μάχη, ης, ἡ, pugna.

272 Ἄωρτο, 3 *ſing. pluſquamperf. paſſ. ab* αἴρω, tollo; *pleonaſm.* τῦ ω *vel fiat ab* αἰωρέω, attollo, elevo, ſuſpendo: *in paſſ.* pendeo, ſuperbio, *pluſquamperf. per Syncop. & ſublato augmento pro* ἠώρητο; *nonnulli autem legunt* ἄορτο, 3 *ſing. pluſq. perf. paſſ. ab* ἄορμαι *pro* ἤορμαι, *perf. paſſ. verbi* ἀείρω.

Ξίφος, εος, τὸ, gladius; *à* ξέω, ſeco, & ἁφὴ, ῆς, ἡ, tactus, *quod ejus acies tetigerit, illud ſecat.*

Τίνυμαι, punio, ulciſcor; τινύω, & τίννυμι, τίνω, reddo, pendo; ſolvo: τίννυσθον, 2 *dual. præſ. à* τίω, honoro, ſolvo. 279

Καλέπεφνε, *per Syncop. pro* καλεπέφενε, *ex* ἐπέφενε, *quod reduplicatione fit ex* ἔφενε, *aor.* 2. *verbi* φένω, occido, interficio, *vel potius* καλαπέφνω, *idem quod ſimplex* πέφνω, interficio; *quod factum, inquit Euſtath. à* φένω, *idem, per Syncop. & Anadiplaſiaſmum.* 281

Ἕως, & *poët.* εἵως, donec; τέως, tamdiu; *ab* ὡς. 291

Στόμαχος, ου, ὁ, ſtomachus, guttur; *à* στόμα, τος, τὸ, & χέω, fundo: *quod os cibum transfundat ad inteſtina; vel à* στόμα, & ἄγχω, *quod os conſtringatur ad fauces.* 292

Νηλεὴς, & νηλὴς, ές, ὁ ἡ, ſævus, immiſericors; *à* νὴ, *privat.* & ἐλεέω, miſereor.

Ἀσπαίρω, & ἀσπαρίζω, tremo, ſingultio, palpito, *Attic. pro* Ϛπαίρω, *proprie de iis qui morti obluctando animam efflant.* 293

Πημαίνω, *fut.* πημανῶ, *ind.* 1. ἐπήμανα, *Attic.* ἐπήμηνα, noceo, lædo, pecco; *à* πῆμα, ατος, τὸ, damnum. 299

Ἐγκέφαλος, ου, ὁ, cerebrum; *quaſi* ἐν κεφαλῇ, in capite. 300

Πεπρωμένος, η, ον, fatalis, fato deſtinatus; *à* πρόω, finio, deſtino; *per Syncop. pro* περαλόω, *idem*; *à* πέρας, τος, τὸ, finis. 309

Ἀψορρόος, ου, ὁ ἡ, retrogradus, retro fluens; *ab* ἄψ, retro, & ῥέω, fluo; *eſt* & ἀψόῤῥοος, ου, ὁ ἡ, σ. 399. fluens citato curſu, *quaſi* ἀΐψοῤῥοος. 313

Διαμετρέω, *f.* ήσω, dimetior; *à* διὰ, & μετρέω, metior. 315

Κλῆρος, ου, ὁ, ſors; *à* καλέω, voco, advocans ad ſe eum qui ſortitur; *ſignificat* & hæreditatem, o. 498. *hinc* κληρόω, *f.* ώσω, ſortior, ſorte lego. 316

Κυνέη, ης, ἡ, *proprie* canis pellis, *ex qua conſueverunt conficere galeam: ſed in genere ſumitur pro omni galea.*

Χαλκήεις, εσσα, ὁ ἡ, æneus, ære conglutinatus, ex ære factus, aptatus; *à* χαλκὸς, οῦ, ὁ, æs, & ἄρω, apto.

Δόμος, ου, ὁ, domus; *à* δέμω, ædifico. 322

Πάρις, *Dor. pro* Πάριδος, *gen. ex obliquis Barytonorum in* ις, & υς, *Dores literam* δ *auferunt.* 325

Ἀερσίπους, οδος, ὁ ἡ, celer; *ab* ἀὴρ, έρος, ὁ, aër, & πῦς, δὸς, ὁ, *vel ab* ἀείρω, tollo. 327

Ποικίλος, η, ον, varius, verſicolor, *à* πύκα, ſapienter, & λίαν, valde: *quaſi* πυκαλίος.

Ἐπισφύριον, ου, τὸ, fibula ocreæ; *à* Ϛφυρὸν, οῦ, τὸ, malleolus pedis: *quoniam ſupra malleolum pedis ſtringi ſolet*; *eſt etiam* Ϛφύρα, ας, ἡ, malleus. 331

Ἄραρα, *præt. med. verbi* ἄρω, *pro* ἦρα· *hinc* ἀραρὼς, υῖα, ός.

Δύνω, *f.* δύσω, induo, ἔδυνεν, 3 *ſing. imperf.* ν *addita propter ſequentem vocalem.* 332

Σάκος, εος, τὸ, ſcutum; *à* Ϛάτλω, *f.* ξω, onero, farcio. 335

Στιβαρὸς, ὰ, ὸν, denſus, ſolidus, robuſtus; *à* στείβω, calco, *quia quod calcatur, condenſatur.*

337 Ἵππουρις, ιδος, ἡ, *epitheton galeæ, apicem ſeu criſtam ex ſetis equinis habentis*; *ab* ἵππος, ου, ὁ, & οὐρὰ, ᾶς, ἡ, cauda.

Λόφος, ου, ὁ, *proprie*, jumentorum cervix cui jugum imponitur; *à* λέπω, decortico, *quod à cervice incipiant animalia excoriari*; *eſt* & hominis collum, & criſta, *ſeu* ſetæ equinæ in galea.

338 Ἄλκιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, *vel* ἄλκιμος, η, ον, robuſtus, validus; *ab* ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur.

339 Ἔντεα, τὰ, & *per contract.* ἕντη, arma; & *quidem qua aliquam corporis partem tegunt, veluti clypeus, galea, &c.* ἀπὸ τοῦ ἐντὸς περιέχειν τὸ σῶμα, *quod interne tegant corpus, & ambiant.*

340 Ἑκάτερθεν, utrinque. *pro* ἑκατέρωθεν· *ab* ἑκάτερος, έρα, ερον, alteruter, uterque, *regit genit.*

344 Στήτην, ſteterunt, *Ion. pro* ἐστήτην, 3 *dual. aor.* 2. *verbi* ἵστημι.

346 Δολιχόσκιος, ου, ὁ καὶ ἡ, longam umbram habens; *à* δολιχὸς, ὴ, ὸν, longus, prolixus, & σκιὰ, ᾶς, ἡ, umbra; *vel* δολιχόσκιον ἔγχος, longa haſta: *quaſi* μακρὰ πορευόμενον, longe vadens; *à* κίω, vado; *vel* διὰ τὸ ἐν σκιᾷ τραφῆναι, *quia educata eſt, & crevit arbor in umbra.*

347 Πάντοσε, undique, quoquo verſum; *à* πᾶς, πᾶσα, πᾶν.

348 Ἐρρῆξεν, perrupit, 3 *ſing. aor.* 1. *verbi* ῥήσσω *vel* ῥήγνυμι.

Ἀνεγνάμφθη, flectebatur, 3 *ſing. aor.* 1. *paſſ. verbi* ἀναγνάμπτω.

351 Ἄνα, *vocat. poët.* τοῦ ἄναξ.

352 Δάμασσον, doma, 2 *ſing. aor.* 1. *imperat. poët. pro* δάμασον, *verbi* δαμάω.

353 Ὀψίγονος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſero natus, poſteri; *ab* ὀψὲ, ſero, & γίνομαι.

354 Ξεινοδόχος, & ξενοδόχος, ου, ὁ καὶ ἡ, hoſpitium præbens; *à* ξεῖνος, *poët. pro* ξένος, ου, ὁ, hoſpes, & δέχομαι, accipio; *notandum eſt in hujuſmodi verbis compoſitis, quando actio ſignificatur, accentum eſſe in penultima; cum paſſio, in antepenultima: ut* ξεινοδόχος, præbens hoſpitium; ξενόδοχος, cui hoſpitium præbetur.

Ἐρρίγα, *præt. med. verbi* ῥιγέω, timeo; *dicitur* ἐρρίγα *in augmento, & non* ἔριγα, *quia* ρ *non ſolum in imperfecto, ſed etiam in perfecto geminatur, ſed non reduplicatur: niſi potius* ἐρρίγησι *ſit ſubj. verbi* ἐρρίγω, *facti ex hoc præt. medio*; ῥιγέω *autem dicitur* ἀπὸ τοῦ ῥίγος, εος, τὸ, frigus vehemens.

355 Ἀμπεπαλὼν, ῶσα, ὸν, ſurſum vibrans, *poët. pro* ἀναπαλὼν, *ab* ἀνὰ, & πάλλω, vibro: *cum reduplicatione in aoriſto ſecundo.*

357 Ὀμβριμος, *ſive* ὄβριμος, ου, ὁ καὶ ἡ, robuſtus, & validus; *à* βριάω, robuſtum reddo, *vel*, robuſtus ſum; *item*, impetuoſus & rapidus; *ab* ὄμβρος, ου, ὁ, imber, *ut* δ. 453. ὄβριμον ὕδωρ, aqua impetuoſa. *In utraque ſignificatione Euſtath. deducit à particula* βρῖ, *per pleonaſmum, & exponitur in bonam & malam partem*; *hinc* ε. 403. ὀβριμοεργὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, horrenda & violenta patrans, & ε. 747. ὀβριμοπάτρη, ης, ἡ, ex forti patre genita. *Vid.* ὄμβρος, γ. 4.

358 Πολυδαίδαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, affabre factus, multo artificio elaboratus; *à* πολὺς, & δαίδαλος, *pro* δαιδάλεος, affabre factus, artificioſus; *à* Δαίδαλος, *illo peritiſſimo artifice Cretenſi, à* δαίω, ſcio.

Ἐρείδω, *f.* σω, firmo, infigo, incumbo; ἠρήρειστο, 3 *ſing. pluſquamperf. paſſ. pro* ἐρήρειστο, *quæ eſt reduplicatio Attica pro* ἤρειστο.

Ἀλιπρὸ,

Ἀλιχρὺ, *adverb.* è regione, ex adverſo; aperte; palam; *ab* ἀντὶ, *præpoſ.* 359

Παραὶ, *per Ecſtaſin, pro* παρά.

Ἀμάω, *f.* ήσω, & -ομαι, meto, congrego, colligo: *idem* διαμάω, *item,* ſcindo, *Metaph. ut hic*; *hinc* ἄμητος, ου, ὁ, meſſis, & ἄμη, ης, ἡ, falx.

Λαπάρη, ης, ἡ, ea pars corporis, quæ eſt inter coſtas nothos, & ilia; *à* λαπαρὸς, ρὰ, ρὸν, vacuus, inanis, mollis; *à* λαπάζω, vacuo, inanio.

Ἀλεύαλο, *pro* ἠλεύσαλο, 3 *ſing. aor.* 1. *med. verbi* ἀλεύω, devito, fugio: *quod pro* ἀλέω, *idem, epenth.* τᾶ υ. 360

Φάλος, ου, ὁ, *cum accentu in penultima,* conus, apes galeæ: *idem quod* λόφος, ου, ὁ, *ſed* φάλος, *cum accentu in ultima,* ſplendidus; *item,* petra eminens in mari. 362

Διαλρυφεὶς, εῖσα, ἐν, *part. aor.* 2. *paſſ. à verbo* διαθρύπτω, diffringo, diſrumpo, comminuo, contero; *quod à* διὰ, & θρύπτω, frango, conſtringo, *fut.* 1. θρύψω, *fut.* 2. τρυφῶ, *ut* ῥάπτω ῥαφῶ, & ῥιφῶ, *quæ tenuem mutant in aſpiratam, & ne duæ aſpiratæ concurrentes cacophoniam efficerent,* θρυφῶ *mutat ſuam* θ *in* τ. 363

Ὀλοώτερος, έρα, ερον, pernicioſior, *compar. ab* ὀλοὸς, ὴ, όν. 365

Ἐάγη, 3 *ſing. aor.* 2. *paſſ.* ἤγην, *Attic.* ἐάγην, *verbi,* ἄγνυμι, frango, *ut* & ἔαξα, *pro* ἦξα, *aor.* 1. *act. ejuſdem verbi,* η. 270. 367

Ἠίχθην, ης, η, *aor.* 1. *paſſ. ab* ἴσσω, irruo. 368

Ἐτώσιος, ία, ὁ ᾗ ὴ, iners, vanus, irritus, inutilis; ἀπὸ τᾶ ἀήτης, ventus, *ex quo* ἀηλώσιος, & *per Syncopen* ἐτώσιος· *ab α privat.* & ἔτος, verus.

Ἱππόδασυς, εία, υ, denſus inſtar equi, ex ſetis equinis hirſutus; *ab* ἵππος, ου, ὁ, & δασὺς, εῖα, ὺ, denſus, conſitus, piloſus; *hinc* δάσος, εος, τὸ, locus ſylveſtris. 369

Ἄγχω, *f.* ξω, ſtrangulo; *hinc* ἀγκλὴρ, ῆρος, ὁ, funis, & ἄνδραγχος, ου, ὁ, qui ſtrangulat. 371

Πολύκεστος, ου, ὁ ᾗ ὴ, multum acu pictus, & ornatus; *à* πολὺ, & κεστὸς, ὸν, ὁ, acu pictus; κεστὸν ἱμάντα, acu pictum cingulum; *à* κεντέω, pungo.

Ἁπαλὸς, ὴ, ὸν, mollis, tener, *pro* ἁφαλὸς, *idem, Ion. quaſi tactui cedens*; *ab* ἅπτομαι, tango, attingo, *ab* ἅπτω, necto.

Ὀχεὺς, έος, ὁ, retinaculum, fibula; *ab* ἔχω, habeo, teneo. 372

Τέταλο, *pluſquamperf. paſſ. verbi* τείνω, *perf.* τέτακα, *paſſ.* τέταμαι· *ſed* τελάσθην, δ. 556. *à* τάζω *idem, unde* & τελαγών.

Τρυφάλεια, ας, ἡ, galea tres conos habens; *à* τρεῖς, & φάλος, ου, ὁ, galea: υ *pro* ι.

Ἐκλαμένος, & *poët.* κλάμενος, *abjecto augmento,* & *retracto accentu, Æolico more: ut* δέγμενος *pro* δεδεγμένος, *part. præt. paſſ. verbi* κλείνω· ἔκλαμαι, *præt. paſſ. niſi potius ſit part. aor.* 2. *medii*; *ab* ἔκλην, *Dor.* ἔκλαν, *à* κλῆμι *inuſitato, idem quod* κλείνω. 375

Παχὺς, εῖα, ὺ, craſſus, denſus; *ab* ἔπαγον, *aoriſt.* 2. *verbi* πήσσω, *idem quod* πήγνυμι, figo; *craſſa gravia ſunt,* & *in loco ſuo quaſi fixa manent.* 376

Κεινὸς, *Ion. pro* κενὸς, ὴ, όν, vacuus.

378 Δινέω, *f.* ήσω, volvo im morem vorticis; *à* δίνη, ης, ἡ, vortex; ἐπιδινέω, *idem.*

379 Μενεαίνω, avide cupio, impetu feror; *item*, iratus ſum; *item*, gemo, ϖ. 492. κλεινόμενον μενέαινε, dum trucidaretur gemebat; *hinc aor.* 1. μενεήναμεν, τ. 58. *à* μένος, εος, τὸ, animi ardor, & impetus.

382 Εὐώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, *idem quod* εὔοδμος, *ſive* εὔοσμος, fragrans, bene olens; *ab* εὖ, bene, & ὀδμὴ, *ſive* ὀσμὴ, ης, ἡ, odor; *quod ab* ὄζω, oleo, *fut.* ὀζέσω.

Κηώεις, εσσα, εν, fragrans, bene olens, *proprie, ex ſuffitu & aromatis quæ comburuntur*; *à* κεῖμαι, jaceo, dormio: *nam eſt proprie epitheton thalami*; *vel, à* καίω, uro, & ὄζω, oleo.

385 Τινάσσω, *f.* ξω, concutio, agito, vibro.

Ἑανὸς, ἡ, ὸν, indutu pulcher, tenuis & ſubtilis. *Adject. proprie pepli, aut ornamenti muliebris epithet. ut* ε. 734. πέπλον μὲν κατέχευεν ἑανὸν, peplum quidem depoſuit ſubtilem; *aliquando de ſtanno dicitur*, σ. 612. & *tum eſt fuſilis, quaſi* ῥεανὸς, *à* ῥέω, fluo; *hic & alibi ſubſtantive uſurpatur, & epitheton adjungitur*; ἑανῷ νεκταρέῳ, veſtis nectareæ; *ſic* ἑανὸν ἀμβρόσιον, ξ. 178. & ἑανῷ ἀσκηπτῷ, γ. 419, *&c. Et tunc ponitur pro* ἑανὸς πέπλος, *ſeu pro* εἷμα & ἱμάτιον· *ſæpe enim epitheta ponuntur pro ſuis ſubſtantivis: ut*, ἡμέρα, pro die, *cum ſit adject. fœm. ab* ἥμερος, gratus, & *ſubaudiatur* ἠὼς ἡμέρα, aurora ſuavis, &c. *ut* Coulon *annotat ex Euſtath. eſt &* εἵανος, ϖ. 9. *ab* ἕω, induo.

Νεκτάρεος, ρέα, εον, nectareus: *nectaris odorem & ſuavitatem referens, ideoque divinus*; *à* νέκταρ, αρος, τὸ, potus deorum.

386 Γραῦς, γραὸς, ἡ, *Ion.* γρηῢς, anus; *à* γραῖα, *idem*; *hoc autem à* ῥαίω, corrumpo; ἡ ἀπὸ τοῦ χρόνου διεφθαρμένη, *tempora corrupta, vel per Syncop. à* γεραιὰ, vetula; *vel* διὰ τὸ γῆρας γραφομένη, vultu ſenectute exarato; *per Dialyſin*, γρηῢς.

Παλαιγενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſenex, annoſus, vetula, olim genitus; *à* πάλαι, olim, & γείνομαι, naſcor.

387 Εἰροκόμος, υ, ὁ ϗ ἡ, lanas carpens, vel tractans; *ab* εἶριον, ίου, τὸ, lana, & κομέω, curo.

388 Ἤσκειν, *Ion. pro* ἤσκει, *ab* ἀσκέω, *adjecto ν poët.* exerceo, paro, elaboro, orno. *Vid.* ἤσκηται, κ. 438.

Φιλέεσκε, diligebat, *imperf.* 3 *ſing. Ion. à* φιλέω.

391 Διωτὸς, ἡ, ὸν, rotundus, verſatilis, tornatus, torno factus, *ut hic*; *à* δινόω, revolvo, verſor, torno; *à* δίνη.

392 Στίλβω, *f.* ψω, ſplendeo, fulgeo.

394 Χορὸς, οῦ, ὁ, tripudium, ſaltatio, chorea; *tam de actione ſaltandi, quam de ſaltantium multitudine. In Tragœdiis, Comœdiis & Satyris peculiariter dicebatur* χορὸς, multitudo, *quæ ſaltabat & canebat inter actus*; *dicitur quaſi* χαρὸς, *à* χαίρω, gaudeo; *vel*, χαρὰ, ᾶς, ἡ, gaudium.

397 Ἱμερόεις, εσσα, εν, deſiderabilis; *idem quod* ἱμερτὸς, β. 751.

400 Πῇ, qui? quonam modo? qua? qua ratione?

Πρόσσω, longius, ulterius; *à* πρό.

402 Κεῖθι, illic; κεῖσε, illuc; *ab* ἐκεῖνος.

408 Ὀϊζύω, *f.* ύσω, ærumnas perpetior, gemo, lamentor; *ab* ὀϊζὺς, ύος, ἡ, ærumna, ζ. 285. *fit autem* ὀϊζὺς, *ex paragoge vocis* ὀΐ, *quæ eſt lamentantis, ut ex* αἰ αἰάζω.

Νεμεσητὸς,

Νεμεσητὸς, ἡ, ὸν, reprehenſibilis, *poët. Epentheſi* νεμεσσητός· *à* νεμεσάω. 410

Πορσύνω, orno, paro; πορσυνέυσα *Ion. pro* πορσυνῦσα, *fut. part. f.* 411 *à* πόρ⊙, *quod eſt à* πείρω.

Μωμέομαι *vel* -άομαι, *f.* ήσομαι, vitupero, *à* μῶμ⊙. 412

Μεθείω, *aor. 2. ſubj. poët. pro* μεθῶ· *vocalis circumflexa* ῶ, *reſolvitur* 414 *in* έω· *deinde, metri gratia, inſeritur* ι. *à* μεθίημι.

Τὼς, ὼς, tantum, quantum. 415

Ἀπεχθαίρω, odio proſequor: ἀπήχθηρα, *ind.* 1. *ab* ἐχθαίρω *idem*; *ab* ἔχθ⊙, ε⊙, τὸ, odium.

Μητίζομαι, & μητίομαι, machinor, *hic* concito, efficiam; μη- 416 τίσσομαι, *fut. pro* μητίσομαι, *à* μῆτις, ι⊙, ἡ, conſilium.

Οἶτ⊙, υ, ὁ, ærumna: *item*, exitium, infelix fatum; *ab* ὀϊ *dolentis.* 417

Ἀργῆς, ῆτ⊙, albus, candens, Ϟ. 133. *ab* ἀργὸς, ἡ, ὸν, albus; *eſt* 419 & ἀργέτι, λ. 817. *ab* ἀργὸς, *per* μεταβολὴν, *pro* ἀργῆς.

Ὑψόροφ⊙, υ, ὁ ϗ ἡ, altum tectum habens; *ab* ὕψ⊙, ε⊙, τὸ, al- 423 titudo, & ἐρέφω, tego.

Δίφρ⊙, υ, ὁ, *hic*, ſella. *Vid. γ.* 262. 424

Φιλομμειδὴς, έ⊙, ὁ ϗ ἡ, *geminato* μ, *metri cauſa*, amans riſus; *à* μειδάω, *fut.* ήσω, leniter rideo; *at* φιλομέδουσα, ν. 10. amans imperii, *à* μέδομαι, regno.

Ἀφραδέως, imperite; *ab* ἀφραδὴς, έ⊙, ὁ ϗ ἡ, inconſultus, *quaſi qui* 436 *multa loquendo effutit*; *ab* α *epitatico*, & φράζω, dico, conſilium ineo.

Τραπείομεν, vertamus, *Ion.* & *poët. pro* τραπῶμεν, 1 *pl. a.* 2. *ſubj. paſſ.* 441 *verbi* τρέπω.

Ἔραμαι, *idem quod* ἐράω, amo, concupiſco. 446

Τρητὸς, ὴ, ὸν, perforatus; *à* τιτράω, perforo, *fut.* τρήσω· *à* τερέω, 448 *idem* τιτραίνω.

Ἐσαθρέω, intueor oculis defixis; *ab* εἰς, & ἀθρέω, diſpicio, obſer- 450 vo: *ſed* ἀθρέω *fit à* θεωρέω *per Syncop.* video, contemplor; *ubi* α *eſt* ἐπιτατικόν τι, *ſeu intenſivum quiddam.*

Ἐκεύθανον, occultabant, 3 *plur. imperf. verbi* κευθάνω.

Νίκη, ης, ἡ, victoria: *quaſi* ἐνίκη, *id eſt*, ἐνὶ ἧκυσα, uni accedens; 457 *vel quaſi* ἐνείκη, *id eſt*, ἐνὶ εἴκυσα, uni cedens; *vel, ut Plutarchus vult, quaſi* μηείκη, παρὰ τὸ μὴ εἴκειν, *à* non cedendo.

Clavis Homerica

In Δ. Iliadis.

Ἐωνοχόει, 3 *ſing. imperf. act. pro* ᾠνοχόει, *Attico more aſſumpto* ε. 3 *contract. ex* ᾠνοχόεε· *ab* οἰνοχοέω.

Δειδέχατο, *pro* ἐδεδέχαλο, *Ectaſi poëtica, pro quo* δεδεγμένοι ἦσαν, 4 *Ion.* 3 *plur. pluſquamperf. paſſ. verbi* δέχομαι.

Παραβλήδην,

6 Παραβλήδην, *adverb.* comparative; *item,* ſimulate, doloſe; *à* παραβάλλω, comparo.

8 Ἀλαλκομενηὶς, ίδος, ἡ, potens auxiliari: *epitheton Minervæ*; *à* μένος, εος, τὸ, robur, & ἀλαλκῶ, *per reduplicat.* arceo, expello, juvo, fero auxilium, *pro* ἀλκῶ, *idem*; *quod ab* ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur, *hinc* ἄλξ, ἄλκὸς, ἡ, *idem, inuſitat. in nominat. cujus dativus* ἀλκὶ *legitur,* ε. 299. *vel ita dicitur Minerva* ἀπὸ τῦ Ἀλαλκομενέως ἠρῶος, *ab heroe Alalcomeneo, qui in oppido Bœotiæ, à ſe condito, Minervæ templum & ſimulachrum condidit,* Coul.

11 Παρμέμβλωκε, *Æolica Syncope, auferendo* α, *pro* παραμέμβλωκε, 3 *ſing. perf.* curavit, advenit, aſtitit, adfuit; *à* παρὰ, & μέμβλωκε, *quod factum eſt ex* μεμόληκε, *Syncope* τῦ ο, *ejuſque loco propter euphoniam inſerto* β, & η *verſa in* ω· *à* μολέω, venio, advenio.

15 Φύλοπις, ιδος, ἡ, pugna, contentio, ſeditio, certamen: *quaſi* τῶν φυλῶν ὄπις, *quod bellis puniat Deus homines*; *à* φυλὴ, ῆς, ἡ, tribus, & ὄπις, ιδος, ἡ, vindicta: *qua Deus aliquem perſequitur*; *quod ab* ἕπομαι· *eſt enim* ἡ ὄπισθεν ἑπομένη τίσις· *vel quaſi* τῶν φυλῶν ὂψ, tribuum clamor: *dicitur enim de bellico clamore*; *vel denique quaſi* φύλομις, *converſo* μ *in* π. παρὰ τὸ ὁμῦ τὰ φῦλα εἶναι, *quod gentes ſint ſimul.*

20 Ἐπιμύσσω, *vel* ἐπιμύτλω, *fut.* ξω, *Attic.* ſubſanno, ſtrepitu narium floccifacio; ἐπέμυξαν, 3 *pl. aor.* 1. *ab* ἐπὶ, & μύσσω, *vel* μύτλω, mungo, emungo *inuſitat. hoc autem à* μύζω, clauſis labris quendam ex naribus ſonum emitto.

23 Σκύζομαι, indignor, iraſcor; Ϛκύζω, *idem: ſed proprie,* murmuro ſicut canis; *à* κύων, νὸς, ὁ *vel* ἡ, canis; *vel à* Ϛκύμνος, υ, ὁ, catulus leonis: & *tunc ſignificat,* iraſcor; *vel denique,* παρὰ τὺς Σκύθας, à Scythis; *illi enim iracundi adducunt* τὸ ἐπισκύνιον, ſupercilium. *Ita, ſæpe à vitiis nationum ducuntur verba,* Coul.

Ἄγριος, ία, ιον, agreſtis, immitis, ferus; τὰ ἄγρια, *ſubſt.* feræ, ε. 52.

26 Ἅλιος, ία, ιον, *vel* ἄλιος, υ, ὁ ϰ ἡ, marinus, *proprie: ut* ἅλιος γέρων, Proteus, α. 538. *ab* ἅλς, ὸς, ἡ, *item,* vanus, inanis, *ut hic,* ἄλιον θεῖναι πόνον, vanum reddere laborem; ἄλιος μῦθος, ε. 715. ſermo inanis; *ducta ſignificatione à mari, vel quod mare res quædam vana & inutilis eſſe videretur ante inventas naves*; *vel quod ad potum inutilis ſit aqua marina.*

Πόνος, υ, ὁ, *tria ſignificat:* exercitationem, dolorem, & exitium *ſeu* detrimentum, *frequentius accipitur pro labore quovis & negotio, ut hic*; *à* πένομαι, efficio, ago.

Μόγος, υ, ὁ, labor, ærumna, fatigatio; παρὰ τὸ μέγας, in magnis enim rebus laboramus; *vel,* παρὰ μὴ ἐᾶν τὴν ψυχὴν γάννυσθαι, quod animum lætari non ſinat labor ærumnoſus.

32 Ἀσπερχὲς, ſtudioſe, ſedulo, inceſſanter; *à* Ϛπέρχω, urgeo, feſtinare cogo; *item,* iraſcor. *In* ἀσπερχὲς, α *eſt epitaticon. Vid.* λ. 110.

34 Εἰ, *pro* εἴθε, utinam.

35 Βεβρώθοις, 2 *ſing. præt. med. opt.* vel *præſ. à* βεβρώθω, *per reduplicationem Atticam, ex* βρώθω, comedo.

36 Ἀκέομαι, *f.* έσομαι, ſano, medeor, curo, ſarcio; ἐξακέσαιο, 2 *ſing. aor.* 1. *opt. med. legitur* π. 29. ἀκείομαι, *Epentheſi* τῦ ι. *Scite hic & alibi hoc verbum dolori & iræ applicatur, quia ſunt quaſi animi morbi.*

Ὄθι,

Ὄθι, ubi. 41

Διαλρίβω, *f.* ψω, confumo, immoror, interpello ; *à* τρίβω, contero. 42

Ἀστερόεις, εσσα, εν, ſtellatus ; *ab* ἀστὴρ, έρος, ὁ, ſtella. *Vid.* 75. *hujus libri.* 44

Εὐμμελίας, ὁ, εὖ περὶ τὴν μελίαν ἠσκημένος, bene exercitatus ad haſtam, fraxineæ haſtæ peritus, bellicoſus ; *à* μελία, ας, ἡ, fraxinus, *ideoque* fortis ; *diſſolvitur* ἐϋ, *geminatur* μ *poët. &* υ *in genit. vertitur in* ω *poët. per Craſin, pro* εω· *hinc* ἐϋμμελίω, *pro* ἐυμελίυ. 47

Λοιβὴ, ῆς, ἡ, libatio ; *à* λείβω, libo, ſtillo. 49

Λαγχάνω, *aor.* 2. ἔλαχον, *præt. med.* λέλογχα, ſortior.

Φίλταος, *Syncop. pro* φιλώταος· φίλος *in Comparat.* φιλώτερος, *ſeu* φίλτερος. *Superl.* φιλώταος, φίλταος, *ſeu* φίλιστος. 51

Τάων, *Æol. pro* τῶν, *gen. pl. f. ab* ἡ. 54

Φθονέω, *f.* ήσω, invideo ; *à* φθόνος, υ, ὁ, invidia. 55

Ἔνθεν, hinc, illinc ; *ab* ἔνθα. 58

Ὅθεν, unde.

Πρεσβύτερος, έρα, ερον, ſenior ætate ; πρεσβύταος, άτη, αον, & πρέσβιστος, *Hymn. in terram,* 2. maximus natu ; *item,* venerandus ; *à* πρέσβυς, υος *vel* εως, ὁ, ſenex ; *hoc autem* παρὰ τὸ προβεβηκέναι τὴν ἥβην, quod jamdudum adoleſcentiam exceſſerint. 59

Ὑπείκω, aſſimilo, cedo, morem gero, indulgeo, condono ; ὑποείκω, *poët.* ὑποείξομεν, 1 *pl. fut.* 62

Ὑπερκύδας, inſignis, glorioſus, gloria ſupereminens ; -αντος *in genit. à* κῦδος, εος, τὸ, gloria. 66

Ἀστὴρ, έρος, ὁ, ſtella ; *ab* α *privat. &* ἵστημι, ſto : *quaſi* ὁ ἄστατον ἔχων δρόμον, curſum inſtabilem habens ; ἀστὴρ *differt ab* ἄστρον, *quod ille ſit unicum & ſingulare in cœlo corpus, hoc vero ſignum ex multis compoſitum ſtellis.* 75

Ναύτης, υ, ὁ, nauta ; *à* ναῦς, ὸς, ἡ, navis. 76

Σπινθὴρ, ῆρος, ὁ, ſcintilla ; *à* σπᾶν, & αἴθω· *vel quaſi* σπιζόμενον τὸ θέρον, calidum quid extenſum vel ejaculatum ; *legitur &* σπινθαρίδες, ſcintillæ, *Hymn. in Apol.* 442. 77

Θόρω, *vel* θορέω, ſalio, cum impetu inſilio ; καθαθορέω, *futur.* ήσω, proſilio, deſilio ; καὶδ' ἔθορε, *pro* καθέθορε δε, 3 *ſing. aor.* 2. 79

Ταμίας, *Ion.* ταμίης, υ, ὁ, diſpenſator, promus condus, qui ærario præeſt, arbiter, adminiſtrator ; *à* τέμνω, ſcindo, diſtribuo : *quia res ſibi commiſſas diſtribuit* ; *hinc* ταμίη, ης, ἡ, diſpenſatrix, ζ. 381. 84

Δίζημαι, *pro* δίζεμαι, *Attic. & Ion.* quæro, indago ; *idem* δίζημι, quæro ; *à* δίζω, quæro ; *quod à* δὶς, bis ; ὁ γὰρ ζητῶν ἐν διχονοίᾳ ὢν ζητεῖ, *qui enim aliquid inveſtigat, in duas quaſi ſententias dividitur.* 88

Ἀσπιστάων, clypeatorum, *genit. plur. Æol. ab* ἀσπιστής. 90

Ἐπιπροέμεν, *Ion. pro* ἐπιπροεῖναι, *aoriſt.* 2. *infin. ab* ἐπιπροΐημι, immitto. 94

Πάμπρωτος, υ, ὁ ἡ, omnium primus ; *à* πᾶς, & πρῶτος, πρώτη, πρῶτον. 97

Ὀϊστεύω, *f.* σω, ſagitta peto ; *ab* ὀϊστὸς, ῦ, ὁ, jaculum. 100

Κυδάλιμος, υ, ὁ ἡ, glorioſus ; *à* κῦδος, εος, τὸ, gloria ; *ſunt &* κύδιμος, υ, ὁ ἡ, *Hymn. in Merc.* 46. *&* κυδρὸς, ὰ, ὸν, σ. 184. *ejuſdem ſignificationis.*

Συλέω,

105 Συλέω, Ζυλεύω, & Ζυλάω, *f.* ήσω, prædor; *item*, detraho, educo; *à* σύλη, ης, ἡ, præda.

Ἴξαλος, ου, ὁ ἡ, ſaltator, libidinoſus; *ab* ἰξὺς, ύος, ἡ, lumbus, & ἅλλομαι, ſalio.

106 Τυγχάνω, *fut.* τεύξομαι, *quaſi à* τεύχω· *item* τυχήσω, *quaſi à* τυχέω, τυχήσας, ασα, αν, *part. aor.* 1.

107 Προδοκὴ, ῆς, ἡ, locus inſidiis aptus; & *communiter*, inſidiæ; *à* προδοκάζω, exſpecto, obſervo.

108 Ὕπλιος, ία, ιον, ſupinus; *ab* ὑπὸ, *vel quaſi* ὄπλιος, *quod ſupina ſint* εὐθεώρητα, *id eſt*, facile videantur.

109 Δῶρον, *antiqui*, palmam *dixere*; & *hinc* δῶρον, ου, τὸ, munus, *quod manu datur*, ἑκκαιδεκάδωρος, ου, ὁ ἡ, ſedecim palmorum longus.

110 Ἤραρε, *Attic.* & *poët. tranſpoſitione pro* ἄρηρε, *præt. med. aut potius ab aor.* 2. ἦραρον, *verbi* ἄρω, apto.

Τέκτων, ονος, ὁ, faber, artifex; *à* τεύχω, fabricor.

111 Λειαίνω, levigo, polio, explano; *à* λεῖος, α, ον, levis; λειήνας, ασα, αν, *part. aor.* 1.

113 Ἀγκλίνω, *poët. Syncop. pro* ἀνακλίνω, reclino; ἀγκλίνας, ασα, αν, *part. aor.* 1.

116 Πῶμα, πώματος, τὸ, operculum, *à* πῶμα, poculum, *quia proprie* operculum poculi, *quod à* πόω, bibo.

117 Ἀδλὴς, ἀδλῆτος, ὁ ἡ, nondum jactus, & *per conſequens*, novus; *ſed* ἄδλητος, ου, ὁ ἡ, nondum ictus, *vel* eminus læſus, δ. 540. *utrumque ab* α *privat.* & βάλλω, jacio.

118 Πικρὸς, ὰ, ὸν, amarus, *proprie ſapori tribuitur. Homerus tamen odori etiam tribuit*, *Od.* δ. 406. πικρὸν ἀποπνείουσαι ἁλὸς πολυβενθέος ὀδμὴν, acerbum ſpirantes maris profundi odorem. *Metaph. etiam dicitur de aliis rebus*, difficilem, acerbum, ſævum, moroſum, *ut hic*; πικρὸν ὀϊστὸν, acerbam ſagittam; & *Od.* δ. 153. πικρὸν δάκρυον εἶβε, amaras lachrymas ſtillabat; *dicitur quaſi* πευκρὸς, *à* πεύκη, ης, ἡ, pinus, *cujus lachryma eſt amara*; *hinc* πικρόγαμοι, *qui amaras ſortiti ſunt nuptias*, *Od.* α. 266. *eſt* & πευκεδανὸς, ὴ, ὸν, amarus, κ. 8.

Νευρὰ, ᾶς, ἡ, nervus; *à* νεῦρον, ου, τὸ, *idem*, δ. 151. *à* νεύω, annuo: *quia nervi ſunt inſtrumenta voluntarii motus, inclinationis, & flexionis. Metaph.* vires, robur; τὰ νεῦρα *etiam dicuntur nervi extracti, qui chordarum uſum præſtant*; νευρὰ, ᾶς, ἡ, *peculiariter dicitur de illo nervo, quo arcus intenditur.*

122 Γλυφὶς, ίδος, ἡ, crena, ſagittæ inciſura, in qua nervus inſeritur; *à* γλύφω, ſcalpo, *quod à* γλάφω, *idem.*

Βόειος, εία, ειον, bovinus, bubulus, *à* βοῦς, ὸς, ὁ ἡ, bos; *eſt* & βόεος, έα, εον, bovinus, χ. 397. βοέης δ' ἐξῆπλεν ἱμάντας, bovinaque appendit lora.

123 Μαζὸς, οῦ, ὁ, mamilla; *à* μάσσω, exprimo; *vel à* μύζω, *vel* μυζάω, ſugo; *hinc* Ἀμάζωνες, *quia abſcindebant unam mamillam, ut melius pugnarent*; *ab* α *privat.* & μαζὸς· *ſed* μᾶζα, *ſive* μάζα, *in Eireſione* 6. *eſt genus edulii, ex lacte & farina*; *vel, ut alii volunt*, panis bis coctus; *à* μάττω, *fut.* ξω, pinſo.

124 Σίδηρος, ὁ, *vel* σίδηρον, ου, τὸ, ferrum. *Meton.* enſis, *aut alia res ex ferro confecta*; *hic pro ſagittæ cuſpide*; *à* σίζω, ſtrideo; *quod dicitur de ferro candente, cum in aqua reſtinguitur*; σίζω *autem à ſono.*

Κυκλο-

Κυκλοτερὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *proprie*, tornando rotundus factus; & *generaliter ita rotundus, ac si torno ad orbicularem rotunditatem exactus esset*; *exponitur* & orbicularis, rotundus, circularis, teres; *à* κύκλος, ου, ὁ, circulus, & τερέω, terebro, torno.

Ὀξυβελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, acutus, celeriter emissus; *ab* ὀξὺς, εῖα, ὺ, & βάλλω. 126

Ἀγελεία, ας, ἡ, prædas agens, prædatrix. *Minervæ epithet. ab* 128
ἄγω, duco, & λεία, ας, ἡ, præda.

Χρὼς, οὸς, ὁ, cutis, *proprie*, *à* χρόος, ου, ὁ, *idem*; *quod à* χρόα, color. 130
Ion. χροία· *aliquando* superficies, *in qua color est*; *peculiariter* corpus, *seu* cutis hominis.

Ἰθύνω, *fut.* νῶ, dirigo; *ab* ἰθὺς, εῖα, rectus; *sed* ἰθύω, λ. 551. recte 132
feror, cum impetu progredior.

Ζωστὴρ, ῆρος, ὁ, balneus; *à* ζώννυμι, cingo.

Ὀχεὺς, έος, ὁ, retinaculum, annulus, *pl.* ὀχῆες, *ab* ἔχω.

Ἤντετο, occurrebat, 3 *sing. imperf. verbi* ἄντομαι *pro* ἀντάω.

Ἐλήλατο, 3 *sing. plusquamperf. pass. ab* ἐλάω, *idem quod* ἐλαύνω. *perf.* 135
pass. ἤλαμαι, & *cum Attic. reduplicat.* ἐλήλαμαι; ϖ. 518. *hinc* ἐληλέδαται, *Od.* η. 86. *pro* ἐλήλανται, *Ion. pro quo alii legunt* ἐρηρέδαται.

Μίτρα, ας, ἡ, *Ion.* μίτρη, lamina ferrea, cingulum militare, fascia, 137
qua caput obligatur; *dicitur quasi* μίτηρα, *à nomine* μίτος, ου, ὁ, licium, filum; *alii dictum volunt quod sit* ϖερὶ τὰ ἴτρια ζώνη.

Ἔρυμα, ατος, τὸ, tutamen; *ab* ἐρύω, servo, traho.

Ἄκων, & ἄκαν, ονος, ὁ, jaculum; *ab* ἀκὴ, ῆς, ἡ, cuspis.

Ἐπιγράφω, *fut.* ψω, inscribo, perscribo, leviter vulnero; *ut hic*; 139
à γράφω, scribo; *hinc* ἐπιγραφδὴν, strictim, φ. 166.

Ὠτειλὴ, ῆς, ἡ, vulnus; *ab* ὠτάω, vulnero; *idem* ὠτάσκω, & ὠτάζω. 140

Ἐλέφας, αντος, ὁ, *proprie*, elephas; *hic autem* ebur, *totum pro parte*: 141
ut βῶς, *pro pelle bovina*; κάρα ϖρόσωϖον, *pro vultu*; *dicitur*, ἐλέφας, *quasi* ἐλέβας (*ait* Coul.) *ab* ἕλος, εος, τὸ, palus, & βαίνω, subeo; *ob molem corporis init in aqua palustri*; *vel* (*ut Plinius*) *ob pudorem se amne perfundit*; *seu ab* ἐλεφαίρω, noceo; *aut ab* ἑλίσσω, volvo: *proboscidem enim habet*, & *nasum tortuosum* & *involutum*.

Φοῖνιξ, ικος, ὁ, purpura; ἀϖὸ τῶν Φοινίκων, qui primum purpureum colorem invenerunt; *vel*, *à* φόνος, ου, ὁ, sanguis. *Vid.* ζ. 220.

Μιαίνω, inquino, tingo, polluo, *aor.* 1. ἐμίηνα.

Παρηΐος, ου, ὁ ϗ ἡ, ad genam pertinens; *vel*, ϖαρηΐον, ου, τὸ, orna- 142
mentum quod apponitur in maxillis equorum, *ut hic*; *est* & ϖαρηΐον, ϖ. 159. *idem quod* ϖαρειὰ, ᾶς, ἡ, gena, maxilla; *à quo derivatur*.

Ἠρήσαντο, 3 *pl. aor.* 1. *med. verbi* ἀράομαι, precor, opto; *ab* ἀρὰ, ᾶς, 143
ἡ, preces.

Ἐλατὴρ, ῆρος, ὁ, impulsor, *aut* agitator *in genere*, *in specie*, agitator 145
equi, auriga, remex; *ab* ἐλάω, *quod ab* ἐλαύνω, agito, impello, ferio, expello.

Μιάνθην, *pro* ἐμίανθεν, *Bœot. pro* ἐμιάνθησαν, 3 *pl. aor.* 1. *pass. vel pro* 146
μιανθήτην, *per Syncop.* 3 *dual. aor.* 1.

Εὐφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, robustus, *proprie*, *qui à natura habet*, *ut sit ad* 147
aliquid habilis; *ab* εὖ, & φῦμι, bene sum.

Ὄγκος, ου, ὁ, tumor; *est etiam* ὄγκος, amplitudo, dignitas; *aliquando* 151
extrema pars gladii; *vel alicujus talis*, cuspis, *quia prominet*, *ut hic*, *ab* ἐξέχω, promineo.

Ἀϖέ-

157 Ἀπέτισαν, pœnas luebant, 3 *pl. aor.* 1. *verbi* ἀποτίω.

161 Πατέω, *f.* ήσω, calco, ambulo. *Metaph.* contemptui habeo; *hinc* περιπαλέω, circumcalco, obambulo; πάτησαν, *pro* ἐπάτησαν, 3 *plur. aor.* 1. *hinc* πάτος, ου, ὁ, via trita; *à quo* ἀποπαλέω, à via recedo.

164 Ὀλώλῃ, 3 *ſing. perfect. med. ſubjunct. cum reduplicat. ab* ὄλλυμι, *pro* ὥλα.

166 Ὑψίζυγος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſummus trutinator rerum humanarum, ſublimis quocunque modo; *ab* ὕψος, εος, τὸ, altitudo, & ζυγὸν, ὄν, τὸ, jugum, trutina.

167 Ἐρεμνὸς, ἡ, ὸν, niger, tenebroſus, horrendus; *per Tmeſin, pro* ἐρεβεννὸς, ἡ, ὸν, *ab* ἔρεβος, εος, τὸ, Erebus, inferi.

170 Μοῖραν ἀναπλήσῃς βιότοιο, fatum adimpleveris vitæ; *ſed* ε. 544. ἀφνειὸς βιότοιο, dives opum, βίος *enim eſt* vita, victus; *omne quod ad victum pertinet*; *à* βιόω, ου, ὁ, vita, *Od.* ο. 490. παρὰ τὸ βέω, *quid enim aliud vita quam via?* βιὸς *oxyt.* arcus, α. 49. *à priori* βιότης, ητος, ἡ, *Hym. in Mart.* 10. *idem quod* βίρς.

171 Πολυδίψιος, ίου, ὁ ϗ ἡ, multum ſiticuloſus; *à* δίψα, ης, ἡ, ſitis; *quod ab* ἴπτω, lædo, *quaſi* ἴψα. *Dicitur autem* πολυδίψιον Ἄργος, ſiticuloſum Argos *(ut annotat* Coul.*) quia Argos ante Herculem erat* ἄνυδρον, *ſine aqua: ruptis autem in Lerna fontibus, fuit* ἔνυδρον, *irriguum. Fabulam refert Didymus ita: Peloponneſum diu caruiſſe fontibus, donec Neptunus uni ex filiabus Danai, quam deperibat, fontes indicavit; vel, quia ejuſdem Danai filiæ primæ puteos foderunt. Duas ibidem interpretationes longe diverſas affert,* πολυδίψιον *dici Metaph. pro* πολυδιάφθορον, *exitiale propter bella; vel* πολυπόθητον, *multum optandum, petita à ſitientibus locutione, qui aquam enixe petunt.*

174 Ὀστέον, *contract.* ὀστοῦν, οῦ, τὸ, os, oſſis; παρὰ τὸ ἰστὰν, *oſſa enim ſunt* τὸ αἴτιον τῆ στάσεως, *firmitatis cauſa.*

Πύθω, *f.* σω, putrefacio; *hinc* πύον, ου, τὸ, pus; *hinc* πύθων, ωνος, ὁ, *draco quem Apollo interfecit: quia nubes, quas ſol diſſipat, ſunt quaſi putrefactiones terræ.*

176 Ὑπερηνορέων, ultra virum poſſum, ſuperbio, ferocio; *ab* ὑπερήνωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, ſupra modum virilis, fortis, ſuperbus; *ab* ὑπὲρ, & ἀνὴρ.

182 Χαίνω, hiſco, dehiſco, *fut.* χανῶ, χάνοι, 3 *ſing. aor.* 2. *optat. verbi* χάσκω, & χασκάζω, *idem.*

183 Ἐπιθαρσύνω, audacem reddo, confirmo, animum addo; θαρσύνω, *idem, à* θάρσος, εος, τὸ, fiducia.

Διδίσσεω, terrefacias, 2 *ſing. imperat. verbi* δειδίσσομαι, *pro* δειδίσσου.

185 Καιρὸς, οῦ, ὁ, opportunitas temporis; *hinc* καίριος, ίου, ὁ ϗ ἡ, *vel* καίριος, ία, ιον, opportunus, lethalis, *ut hic.*

Πάγη, *pro* ἐπάγη, 3 *ſing. aoriſt.* 2. *paſſ. à* πήγνυμι· πάγεν, λ. 571. *aor.* 2. *act.*

186 Παναίολος, όλου, ὁ ϗ ἡ, omnino varius, multum variegatus, ornatu vario inſignitus; *à* πᾶς, & αἴολος, η, ον, pictus, variegatus. *Vid.* γ. 185.

Σῶμα, ατος, τὸ, lorica, veſtimentum quo cingimur, ſeu præcingimur, veſtis ad præcinctum idonea, *Dor.* ξῶμα, *Euſtath. refert idem eſſe quod* ζωστὴρ, ῆρος, ὁ, *à* ζώννυμι, cingo.

Φίλος,

Φίλος, *Attic. pro* φίλε. *Vocat. idem cum nomin.* 187

Ἐπιμάσσομαι, *f.* ξομαι, tango, *ita ut perſentiſcas*, tactu exploro; 189 *aliquando* prehendo, *Od.* τ. 480. abſtergo, *Odyſſ.* τ. 468. *à* μάσσω, *ſive* μάτλω, tango, *idem quod* ἅπτομαι.

Φάρμακον, ε, τὸ, medicina, venenum, *quando* medicinam *ſignificat*, 191 *dicitur quaſi* φέρων ἄκος, remedium afferens; *quando* venenum, *quaſi* φέρων ἄχος, dolorem ferens: *hinc* φαρμάσσω, *Odyſſ.* ι. 393. intingo, *proprie*, veneno afficio.

Παπταίνω, circumſpicio, circumluſtro, intueor; *quaſi* φαπταίνω· 200 πανταχῆ τὰ φάη τιταίνω, undique oculos vibro, *hinc aor.* 1. ἐπάπτηνα, δ. 497. ἀμφὶ ἑ πανθήνας, circum ſe ſpectans.

Βαν, *pro* ἔβαν· *hoc autem per Syncop. pro* ἔβησαν· *à* βαίνω, *aoriſt.* 2. 209 ἔβην, *quaſi à* βῆμι· *hinc partic.* βὰς, ᾶσα, άν.

Βλήμενος, η, ον, vulneratus; *pro* βεβλημένος, *ſeu potius pro* βλέμενος· 211 *à* βλῆμι, *ut* διζήμενος; *hinc in optat.* βλείω, ν. 288. βλῆτο, 518. *hujus libro*; *à* βάλλω, projicio.

Ἀγηγέραται, *Attic. & Ion. pro* ἠγερμένοι εἰσὶ, *ab* ἀγείρω, congrego.

Ἐκμυζέω, *vel* άω, *f.* ήσω, exſugo, ſugo: *à* μύζω, *idem.* 218

Ἤπιος, ία, ιον, mitis, clemens, benignus; *ab* ἤδω, jucunditate & ſuavitate afficio; *& inde quidam ſcribunt* ἧπιος, *cum aſpirato*; *vel*, *ab* ἔπος, εος, τὸ, ſermo: *quia affari alios non gravatur*; *vel*, *quia omnia ſermone præſtat*; *hinc* ἠπιόδωρος, ε, ὁ ϗ ἡ, lenis, qui ſuavia dat, ζ. 251.

Φίλα φρονέων τινὶ, amicus alicui. 219

Χάρμα, τὸς, τὸ, lætitia, gaudium; χάρμη, ης, ἡ, lætitia; *apud Hom.* 222 *eſt*, animus ad pugnam promptus; & eam lætus iniens: *item*, pugna, conflictus; *à* χαίρω, gaudeo.

Βρίζω, *f.* σω, *proprie*, gravatus ſum poſt cibum, adeo ut aliquan- 223 tiſper dormiam, *& generalius*, dormitare; *ſed* βρίθω, ſum gravis, onuſtus ſum.

Καταπτώσσω, metu conſternor; *idem* -πτωκάζω, δ. 372. 224

Φυσιόω, *f.* ώσω, anhelo, tumeo; *à* φυσάω, *vel* φυσσάω, ſufflo. 227

Καμάτος, ε, ὁ, labor, defatigatio; *à* κάμνω, fatigor, gravor; *hinc* 230 καματηρὸς, ρὰ, ρὸν, laborioſus, *Hymn. in Venerem*, 247.

Ἐπιπολέω, obambulo; *item* ἐπιπωλέω, ἐπεπωλεῖτο, 3 *ſing. imperf.* 231

Θοῦρις δος, ἡ, impetuoſa; *à maſculino* θοῦρος, ε, ὁ, ε. 30. qui cum 234 impetu aſſultat; *à* θόρω, ſalio.

Ἀρωγὸς, ὸν, ὁ ϗ ἡ, auxiliator; *ab* ἀρήγω, auxilior, *verſ.* η *in* ω. ἀρω- 235 γὴ, ῆς, ἡ, auxilium, δ. 408.

Γὺψ, υπὸς, ὁ, vultur; παρὰ τὸ γυρεύειν τὰ χείλη, *quia habeat cur-* 237 *va & adunca labia.*

Ἰόμορος, ε, ὁ, ἡ, jaculator, & jaculis deſtinatus, *quaſi* ὁ μόρων ἐμποιῶν 242 ἐν ἰοῖς, mortem inferens jaculis; *vel*, ὁ περὶ τὺς ἰὺς μεμορημένος, telis male exceptus; *ab* ἰὸς, jaculum, *&* μόρος, ε, ὁ, fatum, *verſo* ο *in* ω.

Σέβομαι, veneror, adoro, erubeſco; *à* σέβω, *idem*; *à* σέβας *indeclinabile*, veneratio, admiratio, pudor, & indignatio.

Τίφθ' *pro* τίπτε, *poët. pro* τίποτε, quid tandem? cur? 243

Θάμβω, ſepelio; *hic* ſtupeo, *in qua ſignificatione uſurpantur*, *in-def.* 2. ἔταφον· ταφὼν δ' ἀνόρυσεν Ἀχιλλεὺς, *Iliad.* ι. 193. admiratus vero

vero ſurrexit Achilles, & *præt. med.* τέθνπα, *part.* τεθνπὼς, υῖα, ὸς, *hic*, ἔϛηλε τεθνπότες, ſtupidi; *derivatur à* θῶ, pono, colloco: *ut* παρὰ τὸ βῶ, *fit* βάϛτω· αἶδιον γὰρ ἔχυϛι τὴν ἀπόθεϛιν οἱ θαπλόμενοι, ſepulti enim occupant ſedem ſempiternam.

Νεβρὸς, ὸ, ὁ, hinnulus: *quaſi* νέπορος, qui nondum ingredi poteſt, *vel à particula* νε, & βορὰ, ᾶς, ἡ, pabulum, abſtinens à paſtione; *aut à* νεωϛὶ ἐπὶ βορὰν ἐλθὼν, recens veniens ad paſtum.

248 Εὔπρυμν-ος, ν, ὁ ϰ᾽ ἡ, pulchram puppim habens; *à* πρυμνὴ, ῆς, ἡ.

251 Οὐλαμὸς, ὸ, ὁ, condenſum agmen, *proprie*, multitudo quinquaginta equitum, quadrangulari forma diſpoſita; *vel (ut annotat* Coulon, *ex Etymol.) caterva conſtans ex quatuor & quadraginta militibus; ab* ὅλ-ος, η, ον, integer, ſanus, *item*, tener, mollis; *item*, faſcis manipulorum; *item*, criſpus, *vel fit ex* ὁμῦ, & εἰλεῖσθαι, ſimul cogi. *Catervarum, apud Homer. inveniuntur quatuor genera:* ὐλαμὸς, *hic*; φάλαγξ, β. 559. ϛίξ, β. 525. πυργὸς, δ. 334. *de quibus vide ſuis locis.*

253 Σῦς, υὸς, ὁ ϰ᾽ ἡ, aper, ſus; παρὰ τὸ ζεύεσθαι, *ſeu* ζύεσθαι, cum impetu ferri.

254 Πύμαλ-ος, άτη, ον, extremus, ultimus; *à* πυθμὴν, ένος, ὁ, ima pars, fundum.

256 Μειλίχι-ος, ία, ον, blandus, placidus; *à* μείλιχ-ος, ὁ, *idem*; *à* μελίσσω, mellitum reddo. *Metaph.* verbis demulceo.

258 Ἀλλοῖ-ος, οία, οῖον, alius atque alius, diverſus; *ab* ἄλλ-ος, η, ον, alius.

259 Γερήσι-ος, ίυ, ὁ ϰ᾽ ἡ, vetuſtus, *ad ſenes pertinens, qui ſenibus honorario datur*; *à* γέρων, οντος, ὁ, ſenex.

260 Κέρωνται, 3 *pl. aor.* 2. *ſubjunct. med.* κεράννυμι, *vel* κεράω, miſceo.

262 Δαιτρὸς, ὸ, ὁ, coquus; *à* δαίω, divido; *eſt enim coqui dividere eſcas fruſtulatim, & ſedentibus in menſa diſtribuere, Odyſſ.* α. 141. δαιτρὸς δὲ ϰρειῶν πίνακας παρέθηϰεν ἀείρας, coquus carnium lances appoſuit ſumens; & *Metaph.* μεμεριϛμένον, diviſum; *aliquando* δαιτρὸν, *adverbialiter*, diviſim, per vices, *ut hic*; *hinc* δαιτρεύω, *fut.* σω, λ. 687. dividere.

265 Ἀγὸς, ὸ, ὁ ϰ᾽ ἡ, dux, *ab* ἄγω, duco.

Ἐρίηρος, ν, valde congruus, *ex* ἔρη, & ἄρω, apto.

272 Γηθόσυνος, υνη, υνον, lætus; *à* γηθέω, *ſupra*; *hinc* γηθοσύνη, ης, ἡ, gaudium, ν. 29.

Κορυσσέσθην, armabantur galea, 3 *dual. imperf. paſſ. verbi* κορύσσω.

275 Σκοπιὰ, ᾶς, ἡ, ſpecula; *à* σκοπέω, ſpeculor.

276 Ιωὴ, ῆς, ἡ, tumultus, vox, clamor, ſplendor, fumus, flatus, *quaſi ab* ἵημι, mitto.

277 Πίσσα, ης, ἡ, pix; *eſt etiam* Πίσση, *nomen loci, Hymn. in Pan.*

278 Λαίλαψ, απος, ἡ, turbo procelloſus, ventus imbræ permixtus; παρὰ τὸ λίαν ἅπλεσθαι, *quia robuſte & valde tangit & torquet, vel à* λίαν, & λάπλω, lambo.

279 Σπέος, εος, τὸ, ſpelunca; *pro quo poët.* σπεῖος, *Odyſſ.* ε. 194. *Ionic.* σπῆος, *Iliad.* ω. 83. *dat. pl.* σπέσσι, *poët. Odyſſ.* α. 15. *Ion.* σπήεσσι, *Odyſſ.* ι. 400.

281 Κίνυμι, *idem quod* κινέω, moveo, κίνυλο, 3 *pl. imperf. paſſ. Ion.*

Φρίσσω,

Φρίσσω, *proprie de mari*, horreo, *fut.* ξω, *præt.* κα, *à* φρὶξ, κὸς, ἡ, 282
maris, vel fluctuum fremitus; *hinc* φρίκη, ης, ἡ, frigoris horror, algor.

Τέτμω, *per reduplicat. à* τμῶ, *pro* τμάω, ſcindo; *inquit Euſtath.* 293
ſecundum quem τέτμω *ſignificat*, ἐν ἐπιλομῇ, ἢ ζυλόμως λαμβάνειν, brevi
accipere, cito invenire; *hinc* ἔτεῖλμε, 3 *ſing. imperf. ut hic.*

Ὄχεσφι, *ab* ὄχος, εος, τὸ, *multa nomina declin. ſecundæ, tertiæ,* 297
& quintæ, habent ſyllabam φι *fini additam, & fiunt indeclinabilia:*
neutra autem in ος *prius mutant* ο *in* ε, *vel potius Ion. pro* ὄχεσιν, *dat.*
plur.

Ἕρκος, εος, τὸ, ſeptum, *ab* εἴργω, includo.

Ἔμεν, eſſe, *Ion. pro* εἶναι, *ab* εἰμὶ, ſum.

Ἀναγκαίη, ης, ἡ, neceſſitas, *vel* ἀναγκαίη *in dativ. Adverbialiter,* 300
neceſſario, *ab* ἀναγκαῖος, αία, αῖον, neceſſarius; *hoc vero ab* ἀνάγκη,
ης, ἡ, neceſſitas: *quod ab* ἀνάσσω, regno; *neceſſitas enim* ἀνάσσουσα
πάντων ἐπικραλεῖ, *omnibus imperat; vel,* παρὰ τὸ ἄγειν πάντα, *omnia*
enim complectitur, & ducit; vel dicitur quaſi πρὸς ἣν ἄκος ἔκ ἐστιν ἐυ-
ρεῖν, *eſt inevitabilis, & adverſus ejus decreta vis nulla reſiſtere poteſt;*
vel, quaſi ἀκίνητος οὐσία ὤν, immobilis ſubſtantia.

Ἐχέμεν, *Ion. & Dor.* ἐχέμεναι, *pro* ἔχειν, habere.

Κλονέομαι, moveo, quatio, turbo; *à* κλόνος, ου, ὁ, motus, tumultus; 302
quod à κλάω, frango; *eſt enim* κλόνος, fractio obſtrepera.

Ἱπποσύνη, ης, ἡ, equitandi peritia; *ab* ἵππος, ου, ὁ. 303

Ἠνορέα, ας, ἡ, *vel Ion.* ἠνορέη, virilitas, vigor; *ab* ἀνὴρ, vir.

Ὀρεξάσθω, porrigat, extendat, 3 *ſing. aor.* 1. *imperat. med. verbi* 307
ὀρέγω.

Ἔμπεδος, ου, ὁ ἢ ἡ, ſtabilis, firmus; ἐν τῷ πέδῳ, ſtans in terra; *à* 314
πέδον, ου, τὸ, ſolum.

Ὁμοίϊος, *poët. pro* ὁμοίος, οία, οιον, ſimilis. *Quidam tamen gram-* 315
matici componunt ὁμοίϊος, *ex* ὁμῶ, & ἰέναι, *nam* ὁμοίϊον γῆρας *exponunt*
τὸ πᾶσιν ὁμοίως ἐπερχόμενον, *æque ad omnes veniens; quidam ex* ὁμῶ,
& οἴεσθαι, puto; περὶ ᾧ πάντες ὁμοίαν ἔχουσι δόξαν, *de quo omnes ean-*
dem tenent ſententiam; vel, ab οἴω, fero, τὸ ὁμοίως πᾶσι φορτικὸν,
æque omnibus moleſtus, ut hic; ὁμοίϊος, ſimilis; *hic,* æque moleſtus;
ab ὁμὸς, ἡ, ὸν, ſimilis.

Αἰχμάζω, *vel* αἰχμάσσω, pugno, vibro, aut tracto haſtam; *gemi-* 324
natur σ *poët. ab* αἰχμὴ, ῆς, ἡ, cuſpis.

Μήσωρ, ωρος, ὁ, conſultor, peritus; *à* μῆδος, εος, τὸ, cura. 328

Πύργος, ου, ὁ, *vid.* γ. 153. 334

Κεκασμένος, η, ον, ornatus, *part. perf. paſſ. verbi* κάζω. 339

Καυσειρὸς, ὰ, ὸν, ardens, fervens; *à* καίω, καύσω, uro. 342

Ἀνλιβολέω, *fut.* ήσω, *hic cum genit. ſignificat idem quod* μείχω, par-
ticeps ſum; *cum regit dativum ſignificat* occurro, *ut,* η. 114. *ſigni-*
ficat aliquando, oro, obſecro; *ab* ἀνλιβάλλω, *quod ab* ἀντὶ, & βάλλω.

Ἀκυάζω, *idem quod* ἀκύω· δαῖτὸς ἀκυάζεσθον, *exponunt,* vocamini 343
ad cœnam.

Ὁπλίζω, *f.* σω, armo, paro *in genere*; *ab* ὅπλον, ου, τὸ, *plur.* ὅπλα, 344
arma, & inſtrumenta omnia nautica & bellica.

Ἔδμεναι, *Attic. pro* ἐδέμεναι *pro* ἔδειν· *ab* ἔδω, edo. 345

Ὀπταλέος, έα, έον, aſſatus; *ab* ὀπτάω, aſſo.

346 Μελιηδὴς, & *Dor.* μελιαδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, dulcis inſtar mellis ; *à* μέλι, mel ; & ἡδὺς, εῖα, ὐ, ſuavis.

355 Ἀνεμώλιος, ε, ὁ ϗ ἡ, ventoſus, futilis ; *ab* ἄνεμος, ε, ὁ, *quaſi* ἀνεμώνιος.

Βάζω, *fut.* ξω, dico, loquor ; *vox poëtica* ; *à* βοὴ, ῆς, ἡ, clamor, βοάζω, & *Syncop.* βάζω.

359 Περιώσιος, ε, ὁ ϗ ἡ, ſanctiſſimus ſupra cæteros, ſupra modum ſuperans ; *à* περὶ, & ὅσιος, ία, ιον, ſanctus, *vel quaſi* περιαύσιος, qui facile exaudiri poteſt ; *à* περιαύω, admodum clamo ; περιώσιον, magnopere.

361 Δῆνος, εος, τὸ, conſilium ; *à* δὴν, diu : *eo quod diu ſit conſultandum.*

362 Ἀρέσκω, *fut.* 1. ἀρέσω, placo, *ab* ἄρω, apto ; *nam cum aliquem placare deſideramus, nos ejus moribus accommodamus* ; ἀρεσσόμεθα, *poët. pro* ἀρεσόμεθα, 1 *pl. f.* 1. *med.*

363 Μεμαμώλιος, ε, ὁ ϗ ἡ, *pro* μεμαμώνιος, *Attic. qui pro* ν, *dicunt* λ. vanus, irritus, ventoſus ; *à* μεμαμώνιος, non juvans ; *vel à* μὲ, *particula negat.* μη, & ὀνῶ, juvo.

366 Κολλητὸς, ὴ, ὸν, conglutinatus, adjunctus, bene compactus ; *à* κολλάω, conglutino, jungo, *à* κόλλα, ης, ἡ, gluten.

367 Καπανῆϊος, *Ion. pro* Καπανεῖος, *pro* Καπανέος, *in genit. à nomin.* Καπανεὺς, *proprium* ; *à* κάπλω, comedo ; *item*, ſpiro, flo, *eſt* & Καπανὸς, β. 564. *hinc* Καπανηϊάδη, *patronymicum*, ε. 109.

371 Ὀπιπλεύω, *fut.* σω, circumſpicio : *per reduplicat. ab inuſitat.* ὀπλεύω, *ab* ὄπλομαι, video.

Γέφυρα, ας, ἡ, pons, *ſemita inter diverſos aciei inſtructæ ordines* ; *dicitur quaſi* γήφυρα, ἡ ἐφ' ὑγρῇ γῇ, terra ſuper humido poſita ; *hinc* γεφυρόω, *fut.* ώσω, ponte tego, *Iliad.* ο. 357.

381 Παραίσιος, ε, ὁ ϗ ἡ, dirus, infauſtus ; *à* παρὰ, & αἶσα, ης, ἡ, fatum, ſors ; παραίσια σήματα, ſiniſtra Jovis ſigna. *Illa vero Jovis ſigna fuere fulgura, ait Euſtath.*

383 Βαθύσχοινος, ε, ὁ ϗ ἡ, profundos habens juncos ; *à* βαθὺς, εῖα, ὐ, profundus, & σχοῖνος, ε, ὁ & *aliquando* ἡ, juncus, funis ; *laus hæc fluviorum. Inde ſtatuæ illorum junco & arundine redimitæ* ; *eſt hic epithet. fluvii Aſopi* ; *Hymn. in Dianam, ver.* 3. *Meletæ.*

390 Ἐπίῤῥοθος, ε, ὁ ϗ ἡ, adjutor, auxiliator ; *item*, utilis ; ῥόθος, ε, ὁ, undarum ſtrepitus ; *item*, impetus ; *à* ῥέω, *fut.* ῥεύσω, fluo ; *adeo ut* ἐπίῤῥοθος *dicatur ille, qui magna aliquem animi contentione juvat.*

391 Κέντρον, ε, τὸ, ſtimulus, calcar, centrum, punctum in medio globi ; *hinc* κέντωρ, ορος, ὁ, ſtimulator.

400 Εἴω, *Ion. pro* ἐᾶ.

402 Ἐνιπὴ, ῆς, ἡ, objurgatio ; *ab* ἐνίπλω.

406 Ἐπλάπυλος, ε, ὁ ϗ ἡ, ſeptem portas habens ; *ab* ἑπλὰ, ſeptem, & πύλη, ης, ἡ, porta ; ἑπλὰ, *autem quaſi* Ϝεπλὰ, *à* Ϝέβω, veneror ; & *quia poëtæ aliquid ſanctum & ſacrum huic numero eſſe crediderunt, attribuunt epitheton ex* ἑπλὰ *compoſitum, rebus, quas dignas laude arbitrantur* ; *hic* θήβης ἐπλαπύλοιο, *Iliad.* η. 220. Ϝάκος ἐπλαβόειον, *de Ajacis clypeo, &c.*

407 Ἀγαγόνθ', *pro* ἀγαγόντε, *part. aor.* 2. *ab* ἤγαγον, *pro* ἦγον, *aoriſt.* 2. *verbi* ἄγω.

408 Ἀρωγὴ, ῆς, ἡ, auxilium ; *ab* ἀρήγω.

Ἀτασθαλία

Ἀτασθαλία, ας, ἡ, improbitas; *item*, petulantia; *fit ab* ἀτάσθα- 409
λος, ε, ὁ ϗ ἡ, improbus, malorum auctor; ἀπὸ τῦ ταῖς ἄταις θάλλειν, *ut sit is, à quo mala quasi germinant; vel, ab* ἄτη θαλίας, noxa & clades convivii, *ut sit nocua improbitas ob violentiam quorundam agrestium, qui laborantes edendi penuria, cum quid viderent, confestim in illud irruentes rapiebant; hinc* ἀτασθάλλω, *Odyss. σ.* 57. improbe ago.

Ἔνθεο, *aor. 2. med. imperat. Ion. pro* ἔνθυ, *quod Attice ponitur pro* 410
ἔνθεσο· *est &* ἔνθεο, *aor. 2. med. indic. pro* ἐνίθυ, *quod Attici pro* ἐνίθεσο, ζ. 326. *ab* ἐντίθημι, pono, impono, concipio.

Τέτλα, *Adverb. benevolentiæ, quo seniorem junior compellat, hono-* 412
ris, aut benevolentiæ gratia; τέτλα φίλε, ἄτλα τροφέως, πάππα πατρὸς, ἠθεῖ' ἀδελφε· τέτλα, amici; ἄτλα, nutritii; πάππα, patris; ἠθεῖ', fratris, Coul.

Δηόω, *futur.* ώσω, vasto, uro, *per Syncop. pro* δηϊόω, *vel* δηϊάω, 416
debello, igni & ferro vasto; *à* δαίω, uro; *vel, à* δαΐς, ΐδος, ἡ, pugna.

Βράχω, *fut.* ξω, sonum edo. *Onomatopœa dictio facta à sono,* 420
quem virga aut jaculum reddit, cum vibratur.

Ταλασίφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui animo patienti est, & forti; *à* τάλα- 421
σις, εως, ἡ, patientia; *quod à* ταλάω, fero, & φρὴν, ενὸς, ἡ, *est &* ταλάφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, *idem, v.* 299.

Κορυσσω, armo; κορύσσομαι, armor, impetu feror, attollor; *ut* 424
hic; *à* κόρυς, θος, ἡ, galea.

Χέρρος, *sive* χέρσος, ε, ὁ ϗ ἡ, desertus, incultus; χέρσος γῆ, deser- 425
ta terra; χέρσος *etiam substantivè*, inculta terra; & *sæpe simpliciter*, terra; *dicitur quasi* ἐξ ἧς ἐστὶ χερσὶ προσάπτεσθαι, *quia potest manibus excoli.*

Ἀκρά, ας, ἡ, summitas, promontorium, extremitas, litus; *quia* 226
est terræ extremitas; *ab* ἄκρος, ρα, ρον, summus.

Κορυφόω, *fut.* ώσω, erigo, attollo, impleo; *à* κορυφὴ, ῆς, ἡ, ver-
tex, summa pars capitis.

Πτύω, *fut.* σω, spuo; *mare etiam dicitur* πτύειν, *cum eructat, &* *exspuit*; ἀποπτύω, *idem.*

Ἄχνη, & ἄχνα, ης, ἡ, paleæ in frumento; *item*, spuma, *vel* ejectamentum maris, *ut hic.*

Νωλεμὴς, ές, ὁ ϗ ἡ, indefinens, fortiter perfistens; *hinc* νωλεμὲς 428
(*cui & aliquando additur* ἀιεὶ, *ut Iliad. ι.* 317. νωλεμὲς αἰεὶ, semper assidue) νωλεμέως, indefinenter; *à* νὼ, *privat.* & λείπω, *quasi* νωλεπής.

Σημάντωρ, ορος, ὁ, qui signum dat classicum canendo, dux; *à* Ση- 431
μαίνω, signum do, & jubeo; *quod à* Σῆμα, τος, τὸ, signum.

Πολυπάμμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, dives; *à* πολὺς, & πάμμα, ἄλος, τὸ, pos- 433
sessio; *à* πάω, possideo, pascor.

Αὐλὴ, ῆς, ἡ, aula, atrium, locus vacuus, subdialis, ante ædes ex-
positus; *item*, caula; *quoniam stabulantur animalia in hujusmodi locis*; *ab* ἄω, spiro: *quia ista loca sunt aperta, & facile à ventis perflata*; *aliquando est*, regia domus, *ut Il.* ζ. 247. *sed raro apud Homerum.*

Ἀμέλγω, *fut.* ξω, mulgeo; παρὰ τὸ ἁμὰ ἕλκειν, *quia una & ſimul trahatur*; *hinc nox dicitur* ἀμολγὸς, ὕ, ὁ, λ. 173. *quia ſub noctem pecora ſolent mulgeri.*

434 Γάλα, γάλακτος, τὸ, lac; *quaſi* κάλα· παρὰ τὸ κάλον εἶναι εἰς ἀνατροφὴν, *quod lac ſit nutritioni aptum, & viſu pulchrum*; *hinc Odyſſ.* δ. 336. *hinnulus, qui non ablactatur, dicitur* γαλαθηνός.

435 Ἀζηχὴς, ἐος, ὁ ᾗ ἡ, *tria ſignificat* (1.) magnum ſonum edens; *ab* α *privat.* & ἦχος, ου, ὁ, ſonus; *hinc Adverbium* ἀζηχὲς, magno cum clamore, *ut hic.* (2) durus & aridus, *Il.* ο. 25. *ab* ἄζη, ης, ἡ, ariditas. (3.) indeſinenter, ο. 658. *quaſi* ἀδιεχὴς, & ἄδην ἔχων, non disjunctus, & ſemper habens.

Μηκάομαι, balo, *proprie caprarum, ut* βληχῶμαι, *ovium, præt. med.* μέμηκα· *etiam tribuitur ovibus: unde participium* μεμηκὼς, & *Dor.* μεμακὼς, υῖα, ός. *Dores enim mutant* η *in* α.

437 Θρόος, ου, ὁ, rumor tumultuarius, tumultuantium clamor, murmur; *item generaliter*, vox, vociferatio; *à* θρέω, lugeo, tumultuando clamo; *hinc* θρῆνος, ου, ὁ, lamentatio; *hinc* θρηνέω, lamentor.

Ἴος, ἴα, ἴον, unicus, ſolus; *eſt etiam* ἰὸς, ὕ, ὁ, jaculum, ſagitta; *ab* ἵημι, jaculor.

Γῆρυς, ος, ἡ, vox; *hinc* γηρύω, loquor, ſono; *Hymn. in Merc.* 425. *derivant* παρὰ τὸ γῆρας, ἡ γὰρ φωνὴ τοῖς γέρουσι πρέπει, *ſenes loqui decet, quod rite præſtant.*

438 Πολύκλητος, ου, ὁ ᾗ ἡ, e multis locis evocatus; *ex* πολὺς, & κλητὸς, *quod à* καλέω, voco.

440 Δεῖμος, ου, ὁ, terror; δεῖμος ᾗ φόβος, terror & timor; *ſunt Martis equi, Il.* ο. 119. ἵππους κέλευσε Δεῖμόν τε Φόβον τε ζευγνύμεν, *equoſque juſſit Metum Terroremque jungere*; *à* δείδω, *fut.* ſω, timeo.

Φόβος, ου, ὁ, metus, timor, fuga; *à* φέβομαι, fugio, timeo; *quia quæ timemus, ea fugimus.*

Ἄμοτος, ου, ὁ ᾗ ἡ, inſatiabilis, inexplebilis *in genere*; *ab* α *privat.* & μοτὸς, linteum illud quod vulneribus induitur; *hinc* ἄμοτος, qui lineamentis vulnerariis oppleri non poteſt; & *per conſequens*, inexplebilis.

443 Στηρίζω, *fut.* ξω, firmo, confirmo, figo; *ab* ἵστημι, *cujus ſignificationem retinet, licet vehementiorem*; *ſignificat etiam neutraliter* ſto, conſiſto, firmo pedem; *ut Odyſſ.* μ. 434. ὅτε στηρίξαι ποσὶν ἔμπεδον, neque ſtare pedibus firmiter.

447 Ῥινὸς, ου, ὁ *vel* ἡ, pellis, cutis; *item*, clypeus, ſcutum, *figurative*; *olim enim ſcuta ex pellibus bubulis faciebant*; *hinc* ῥινοτόρος, ου, *Il.* φ 392. clypeos tundens, *epithet. Martis, ſed* ῥὶν, & ῥὶς, ῥινὸς, ὁ, naſus.

448 Ὀμφαλόεις, εσσα, εν, umbilicatus, *epithet. ſcuti*; *ab* ὀμφαλὸς, ὕ, ὁ, umbilicus animalis.

449 Ἔπλητο, *imperf. paſſ. verbi* πλάω, *quod per Syncop. dicitur pro* πελάω, appropinquo: *formatur anomale* ἔπλητο, *tanquam à* πλῆμι· ἔπλητο *autem in* 166. *Batrachom. pro* ἐπέπλητο, impleta erat, *pluſq. perf. verbi* πίμπλημι, *ſeu* πλήθω, impleo, *vel pro* ἐπέπλητο, *à* πλήθω.

450 Οἰμωγὴ, ῆς, ἡ, ejulatus, ploratus; *ab* οἰμώζω.

Χείμαῤῥος,

Χειμαῤῥόος, ου, ὁ, torrens; *epithet.* πολαμῶ, *eſt* & χειμάῤῥοος πολαμὸς, ν. 138. & *contract.* χειμάῤῥους, λ. 493. *à* χειμὼν, ῶνος, ὁ, hyems, tempeſtas, & ῥέω, fluo; *quaſi* χείμαλι ῥέων. 452

Μισγάγκεια, ας, ἡ, locus in convalle, in qua fit miſtio aquarum; *à* μίσγω, miſceo, & ἄγκος, εος, τὸ, vallis. 453

Κρηνὸς, ῦ, ὁ, ſcaturigo rivorum & fontium, ſcatebra ſaliens; *à* κρύω, pulſo, *quod ex montibus* μετὰ κρώσεως, *cum ſtrepitu defluat*; *vel*, ἀπὸ τοῦ κραίνειν κρότῳ. 454

Ἔνδοσθε, intus, intra; *ab* ἐντὸς, intus.

Χαράδρα, ας, ἡ, *Ion.* χαράδρη, ſulcus, quem torrens impetu ſuo facit, alveus; *à* χαράσσω, *fut.* ξω, ſculpo, imprimo, ſigno, ſcribo.

Δοῦπος, ου, ὁ, ſonitus, fragor: *proprie, quem corpus aliquod ad terram illiſum edit*; *hinc* δουπέω, *fut.* ήσω, ſtrepo, tinnio, ſono, δ. 504. *fit per Onomatopœiam.* 455

Μέτωπον, ου, τὸ, frons, pars faciei μετὰ τὰς ὄπας, poſt oculos, *vel*, inter oculos; *hinc* μετώπιον, ου, τὸ, λ. 95. 460

Σκότος, ου, ὁ, *vel* εος, τὸ, tenebræ, caligo; παρὰ τὸ σκιάζειν, obumbrare; *vel, quaſi* σκόπος, ὅτι δεῖ προσκοπεῖσθαι, *quod proſpicere debeat is, qui in tenebris ambulat*; *vel*, παρὰ τὸ σκέδειν, *quod ſæpe nos tenebræ detineant, ne ultra progrediamur.* 461

Ἐρείπω, everto, proſterno, *aor.* 2. ἤριπον, *neutraliter ſignificat*, cecidi, lapſus ſum; *hinc partic.* ἐριπὼν, ε. 309. & ἐρέριπτο, ξ. 15. 462

Λελιημένος, η, ον, *part. præt. paſſ. verbi* λιῶ, *facto ex* λῶ, *poëtic. quod eſt*, volo, & cupio. 465

Κύπτω, *fut.* ψω, pronus ſum, inclino, curvo, κύψας, ασα, αν, *part. aor.* 1. 468

Ξυστὸν, οῦ, τὸ, haſta perpolita; *à* ξύω, rado, polio; *à quo* & ξυστὸς, ὴ, ὸν, *Adject.* perpolitus. 469

Λύκος, ου, ὁ, lupus. 471

Δνοπαλίζω, *fut.* ξω, ferio, quatio, occido; *à* δονέω, *fut.* ήσω, agito, concutio, & πάλλω, vibro; *vel, quaſi* δονέω ταῖς παλάμαις, excutere manibus; *uſurpatur etiam, Odyſſ.* ξ. 512. *pro* amicio; τὰ σὰ ῥάκεα δνοπαλίξεις, tuis te veſtibus amicies. 472

Ἠίθεος, ου, ὁ, juvenis, innuptus; παρὰ τὸ αἴθω, uro: *quia juvenes fervent*; *dicitur* & ἤθεος, ι *ſubſcript. Attic. quod* & *de virgine dicitur, ſecundum Euſtath. ſed* ἠθεῖος, εία, ον, *eſt* frater, & affinis; παρὰ τὸ θεός. 474

Θρέπτρα, τὰ, nutritionis præmia, *pro* θρέπτρα, *hoc autem pro* θρεπτήρια· *à* θρεπτήριον, *quod eſt à* τρέφω, θρέψω, nutrio. 478

Αἰὼν, αἰῶνος, ὁ, æternitas; παρὰ τὸ ἀεὶ ὤν, *quia ſemper eſt*; *aliquando*, duratio vitæ hominis, *ut hic, aliquando* vita ipſa hominis, ε. 685. & *aliarum creaturarum, Hym. in Merc.* 42. *ponitur* & *ut* ævum *apud Latinos, pro longiori vita.*

Αἴγειρος, ου, ὁ, populus, *videlicet, quoddam genus arboris*; ἀπὸ τῆς ἐγέρσεως, *quod in altum erigatur*; *vel*, παρὰ τὸ καλάγνυσθαι, *quod ventis perculſa frangatur, Odyſſ.* η. 106. φύλλα μακεδνῆς αἰγείροιο, folia excelſæ populi; *à* μῆκος· *ſed* Coul. Macedoniæ: *quia, inquit, frequens eſt arbor in Macedonia.* 482

483 Εἰαμενὴ, ῆς, ἡ, locus irriguus & herboſus, humectus & uliginoſus, pratum ; *ab* εἶα, ας, ἡ, herba, gramen.

Ἕλ⊙, ε⊙, τὸ, palus ; *quo non* ἐλὴ, *ſplendor ſolaris pertingit.*

484 Λεῖ⊙, εία, εῖον, lævis, non aſper.

485 Ἁρμαλοπηγὸς, ὅ, ὁ ϰ᾽ ἡ, qui currum fabricatur ; *ab* ἅρμα, τ⊙, τὸ, currus, & πήγνυμι, fabricor.

486 Ἶτυς, υ⊙, ἡ, rotæ circumferentia, in qua radii infiguntur ; *aliquando* rota ; *ab* ἴω, eo ; *quaſi in circulo vadens.*

492 Βυϐῶν, ῶν⊙, ὁ, inguen, *à* βῶ, incedo, & *particula emphatica* βᾶ, ὁ μεϛάλως βαίνων· τῆ βαίνειν ἐϛὶν ὑπερέτης, *greſſum juvat. Eſt etiam tumor in illa parte, aut collo, aut axillis, &c.*

497 Κεκάδοιλο, *pro* ἐχάδοιλο, 3 *pl. a.* 2. *Dor. vel Ion. à* χάζω, recedo, retrocedo, *fut.* 2. χαδῶ, *per Anadiplaſiaſmum, & converſionem* τῆ χ *in* κ, κεκαδῶ.

502 Ὠκειάων, velocium, *gen. plur. fœm. adj.* ὠκὺς, εῖα, ύ.

Κόρση, ſed *Attic.* κόῤῥη, ης, ἡ, crinis, tempora capitis, caput ; *à* κείρω, tondeo.

Κρόταφ⊙, υ, ὁ, *Ion.* οιο, *idem* ; παρὰ τὸ κροϊεῖν τὴν ἀφρὴν, *quod pulſus venarum ibi facile dignoſcatur.*

504 Ἀραϐέω, ſono ; *ab* ἄραϐ⊙, υ, ὁ, ſtrepitus, *maxime is qui fit in bello clamor*, κ. 375. ſtridor dentium ; ἄραϐ⊙ δὲ διὰ ϛόμα γίνετ᾽ ὀδόντων. *Euſtath. dicit,* δοῦπ⊙ *non tam aſperum ſignificare ſonitum, quam* ἄραϐ⊙. *Homerus dicit,* corpus in terram cadens δυπεῖν, arma ἀραϐεῖν· ἄραϐ⊙ *autem dicitur,* ἡ ἐν ἄρει βοὴ, in bello clamor, *quaſi* ἀράϐ⊙· *vel,* ἡ ἐν ὄρει βοὴ, in monte clamor, *qui perſonat, & vocalis eſt ; quaſi* ὀράϐ⊙· *vel,* ἡ ἐπὶ τὴν ἔραν βοὴ, ad terram clamor ; *quaſi* ἔραϐ⊙.

505 Φαίδιμ⊙, υ, ὁ ϰ᾽ ἡ, ſplendidus, illuſtris ; *à* φαιδρὸς, ρὰ, ρὸν, hilaris, ſplendidus ; *idem* φαιδιμόεις, εσσα, εν, ν. 686. φαιδιμόεντες Ἐπειοί· *quod eſt à* φάω· *hinc* φαείνω, ſplendeo, & φαίνω, luceo.

507 Ἰθύω, *fut.* σω, recta tendo ; ἰθὺς, & εὐθὺς, εῖα, ὺ, rectus.

Κέκλε̃ιλο, *pro* ἐκέκλε̃ιλο, 3 *ſing. imperf. à poët.* κέκλομαι, jubeo, hortor ; *fit autem* κέκλομαι, *per pleonaſm.* τῆ κ. *à* κέλομαι, *idem* ; *quod à* καλέω.

511 Ταμεσίχρως, ο⊙, ὁ ϰ᾽ ἡ, cutim, *ſeu* corpus vulnerans ; *à* τέμνω, & χρό⊙, χρῆς.

513 Θυμαλγὴς, έ⊙, ὁ ϰ᾽ ἡ, animum vexans, animo acerbus ; *à* θυμὸς, ῆ, ᾗ, animus, & ἀλγέω, doleo.

Πέσσει, coquit, 3 *ſing. ind. præſ. Æol. pro* πέπλει.

515 Τριτογένεια, *Minervæ epitheton. à* τριτὼ, ό⊙, ἡ, *Bœotic.* caput, & γίνομαι. *Poëtæ enim fingunt illam à capite Jovis eſt genitam ; vel à* τρίτ⊙, tertius ; *quod natæ ſit tertia menſis die, aut quia eadem cum Luna eſt, quæ tertia à coitu die apparet ; vel, quia Minerva eſt ipſa prudentia, cujus tres ſunt partes : bene deliberare, rite judicare, juſte facere,* Coul.

518 Χερμάδιον, υ, τὸ, lapis magnus, qui manum implere poſſit ; *vel,* qui una manu ſuſtolli poteſt ; *à* χεὶρ, manus, & μάσσω, tango.

Ὀκρυόεις, εσσα, εν, horrendus, dirus, triſtificus ; *ut* ζ. 345. Δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς ὀκρυοέσσης, levir mei, quæ ſum canis horrenda, *pro* κρυόεις, *Il.* ε. 740. κρυόεσσα ἰωκὴ, horribilis inſequentium impetus ; *à* κρύ⊙, ε⊙, τὸ, frigus, *quaſi* κρύος ϰ᾽ φόϐος ποιητικός· *niſi potius hic ſit legendum* ὀκρι-

θεντι, *longas prominentias habens, aſper, ut* & Θ. 327. *tum enim derivatur ab* ὄκρις, *idem quod* ἄκρις, ſummum cacumen, & prominentia; *hoc autem ab* ἄκρος, α, ον, ſummus.

Τένων, οντος, ὁ, tendo, nervus, *à* τείνω, tendo; *quia præcipua eorum actio in tenſione conſiſtit.* 521

Ἀναιδὴς, ές, ὁ ἡ, impudens, inverecundus. *Metaph. tribuitur rebus inanimatis, ut hic,* λᾶας ἀναιδὴς, lapis aſper; *ab α privat.* & αἰδὼς, pudor, verecundia.

Ἄχρις, *ſeu* ἄχρι, uſque ad, tenus, prorſus; *à* μέχρι, *vel* μέχρις, *idem.* 522

Ἀπηλοίησεν, 3 *ſing. aor.* 1. *ab* ἀπάλοιάω, tero, contundo, confringo; *ab* ἀπὸ, & ἀλοιάω, *per pleonaſm.* ι, *pro* ἀλοάω, trituro, *aliquando* frango, comminuo; *ab* ἀλωὰ, ᾶς, ἡ, area, *in qua teritur, ſeu triturat frumentum.*

Χολὰς, άδος, ἡ, inteſtinum; *dicitur* παρὰ τὸ δέχεσθαι τὸ χολῶδες τῆ ἥπατος, *quod bilem hepatis recipiat; vel, à* χαλάω, laxo; *quod laxum ſit; vel, à* κοῖλος, cavus. 526

Πνεύμων, ονος, ὁ, pulmo; *à* πνέω, ſpiro; *eſt enim pulmo flatus* & *ſpiritus diſpenſator.* 528

Ἀſχίμολος, ος, ὁ ἡ, propinquus, qui prope acceſſit; *uſurpatur ſæpe ut ſubſtant. cum Præpoſitione* ἐξ· *ut Il.* ω. 352. ἀγχίμολον, *Adverbialiter,* cominus; *à* μολέω, venio, vado, & ἄγχι, prope. 529

Γαστὴρ, ἡ, venter. *Genit.* γαστέρος, *per Syncop.* γαστρός· παρὰ τὸ γῶ, capio; *quod ſit inſatiabilis venter.* 531

Αἴνυμαι, aufero, capio, αἴνυτο, 3 *ſing. imperf. Ion. pro* ἤνυτο.

Ἀκρόκομος, ος, ὁ ἡ, comatus in vertice; *ab* ἄκρος, α, ον, ſummus, & κόμη, ης, ἡ, coma. *Thraces ita dicti, quia cæſariem alebant in bello. Coma enim reverenda in ſenibus, veneranda in ſacerdotibus, terribilis in bellatoribus,* Coul. *ex Ambroſ.* 533

Πελεμίζω, *fut.* ξω, agito, moveo, quatio, concutio, de gradu dejicio; πελεμίχθη, 3 *ſing. aor.* 1. *paſſ. à* παλάμη, *ut ſit proprie,* manu moveo. 535

Τέλάσθην, extenſi fuerunt, 3 *dual. pluſquamperf. verbi* τείνω, *fut.* ενῶ, *p.* τέτακα, *p. paſſ.* τέταμαι. 536

Ὀνόω, *fut.* ὄσω, vitupero, *ab* ὄνημι, juvo, proſum; *item,* vitupero, ὀνόσαιτο, 3 *ſing. aor.* 1. *opt. med.* 539

Ἄβλητος, ος, ὁ ἡ, illæſus, invulneratus jaculis; *ab α privat.* & βάλλω· *ſed* ἄβλης, ῆτος, ὁ ἡ, *epithet. jaculi nondum jacti. Vid. carm.* 117. *hujus libri.*

Ἀνούτατος, ος, ὁ ἡ, non vulneratus, *ex α privat.* & οὐτάω, vulnero.

Δινεύω, circumvagor, circumago. *Æol. pro* δινέω, *idem;* *à* δίνη, ης, ἡ, vortex. 541

CLAVIS HOMERICA

In E. ILIADIS.

4 Ἔκδηλος, ηλη, ὁ ἡ, manifeſtus, conſpicuus, *ab* ἐκ, & δῆλος, manifeſtus.

Ἀκάμαλος, ος, ὁ ἡ, indefeſſus, *id eſt*, ὁ κάμων, non laborans; *ejuſdem ſignificationis eſt* ἀκάμας, αντος, ὁ ἡ, *quod Soli tribuitur*, σ. 239. *quia ſtare neſcit*; *eſt* & Ἀκάμας, *proprium*, β. 823. *ab* α, & κάμνω, fatigo.

5 Ἐναλίγκιος, ος, ὁ ἡ, ſimilis. *Adject. regit caſum dativum*, & *habet aliquando accuſativum rei præter dativum perſonæ*, *Odyſſ.* α. 371. θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδὴν, diis aſſimilis voce; *ab* ἐν, & ἀλίγκιος, *idem*.

10 Ἦεν, erant, 3 *dual. imperf. poët. pro* ἦτην.

Ὀπωρινὸς, ἡ, ὸν, autumnalis; ὀπωρινὸς ἀστὴρ, autumnale ſidus, *id eſt*, canicula, *quæ inclinante æſtate exoritur*; *ab* ὀπώρα, ας, ἡ, autumnus, χ. 27. παρὰ τὸ ἕπεσθαι τῇ ὥρᾳ, *quia tempeſtatem ætatis ſequitur autumnus*; *vel*, παρὰ τὸ ὀπ, & ὥρα· *eſt* ὀπώρα (*inquit Etymol.*) τὸ τῆς ὥρας ὅλως πρόσωπον ἔν τε καρποῖσι, ἡ ἄνθεσι θεωρέμενον, *ſpectabilis terræ facies fructibus* & *floribus*.

Λελεμένος, η, ον, lotus; *à* λέομαι, *ſed Attic.* λοῦμαι, lavor.

Παμφαίνω, colluceo, valde luceo, *idem quod* παμφανάω, *ſupra* β. 459.

12 Ὁρμάομαι *aliquando idem quod* ὁρμάω, *ſupra*, impetum cepi, impetu ruo; *eſt etiam* prodeo, proficiſcor; ὁρμηθήτην, 3 *dual. aor.* 1. *paſſ. ab* ὁρμὴ, ῆς, ἡ, impetus.

16 Ἀκωκὴ, ῆς, ἡ, acies, mucro; *ab* ἄκων, ονος, ὁ, jaculum, *vel potius ab* ἀκὴ, cuſpis, mucro.

19 Μεταμάζιος, ος, ὁ ἡ, quod medium eſt inter mamillas; *à* μαζὸς, ὁ, mamilla.

Ἀπορέω, *f.* σω, erumpo, exilio; *ab* ὀρέω, irruo, gradu concitato feror; *ab* ὄρω, excito, concito.

21 Περιβαίνω, *fut.* ήσομαι, circumeo; *apud Homer.* circumeo protegendo; *vel*, protego circumeundo; περιβῆναι, *aor.* 2. *infin. ab indic.* περιέβην *quaſi à* βῆμι· βῆναι *ſimpl. legitur*, ν. 459.

23 Νὺξ, κτὸς, ἡ, nox, *ante.* caligo *hic.* 659. *hujus libri accipitur pro morte*; *à* νύσσω, pungo; *quia oculos pungit*.

24 Πάγχυ, omnino, penitus, *poët. pro* πάνυ, *à* πᾶς.

Ἀκαχημένος, η, ον, *particip. ex* ἀκάχημαι, triſtor, *præt. paſſ. verbi* ἀκαχέω, triſtitia afficio, *facti ex* ἀχέω, *reduplicatione Attica*; ἀκαχήμενος *vero*, *Odyſſ.* ι. 62. *partic. præſ. paſſ. verbi* ἀκάχημι, triſtitia afficio; *ab* ἄχος, εος, τὸ, dolor; ἀκάχημαι, μ. 179. ἀκαχείατο· *eſt* & ἀκαχίζω, ζ. 486. & ἀκάχω, ϑ. 207. *ejuſdem ſignificationis*; *ſed* ἀκήχεμαι, triſtor, ε. 364.

31 Βροτολοιγικὸς, ὸν, ὁ, hominum pernicies; *à* βροτὸς, ὸν, ὁ, mortalis, & λοιγὸς, ὸν, ὁ, pernicies. *Epithet. Martis.*

Μιαιφόνος,

Μιαιφόνος, ε, ὁ ϗ ἡ, inquinatus cæde ; *à* μιαίνω, inquino, *&* φόνος, ε, ὁ, cædes ; *etiam epithet. Martis.*

Τειχεσιπλήτης, ε, ὁ, muros quatiens ; *à* πλήσσω, *vel* πλήτω, *Attic.* ferio, quatio, vulnero, vexo, *&* τεῖχος, εος, τὸ, murus ; *vel reddi poteſt, appropinquator murorum ad diruendum* ; ὁ τοῖς τείχεσι προσπελάζων· *à* πελάζω, appropinquo, *venit* πελάτης, qui appropinquat, *&* *hinc per Syncopen,* πλάτης *&* πλήτης· *eſt &* τειχεσιβλήτης, murorum everſor ; *à* βάλλω, *&* τειχεσιπλήσης, *idem cum* τειχεσιπλήτης· *ſed non apud Homerum.*

Ἠϊόεις, εσσα, εν, habens magnas ripas, vel litora ; *ab* ἠϊών, όνος, 36
ἡ, ripa, litus ; ἠϊόεις *vero per Syncop. pro* ἠϊονόεις.

Κλίνω, *fut.* νῶ, *hic,* in fugam verto, ἔκλιναν, 3 *plur. aor.* 1. 37

772 Ὑψηχὴς, ές, ὁ ἡ ἡ, alte ſonans; ὑψηχέες ἵπποι, *ita dicuntur* παρὰ τὸ εἰς ὕψος ἀναφέρειν ἦχον τῶν ποδῶν, quod ſonitum pedum in latum efferunt; *aut quaſi* μεγαλόφωνοι, quod clare & crebro hinniunt; *ab* ὕψος, εος, τὸ, & ἦχος, ου, ὁ.

773 Συμβάλλω, *hic*, coëo, conjungor, commiſceo.

776 Πολὺς, *poët. additu* υ, *pro* πολὺς, πολλὴ, πολύ.

777 Ἀναίλλω, oriri facio; & *generaliter*, exiſtere facio, emitto, produco, *ut hic*; *aliquando etiam neutraliter*, orior, enaſcor, exiſto; ἀνέτειλε, 3 *ſing. aor.* 1. *à* τέλλω *inuſitat.*

778 Τρήρων, ωνος, ἡ, *proprie* columba, *hic Adject.* timidus. *Vid.* β. 502.

Πελειὰς, άδος, ἡ, *vel* πέλεια, ας, ἡ, columbarum quædam ſpecies; *à* πελὸς, ὴ, ὸν, niger; *ſic dicta, quod nigro ſunt colore.*

Ἴθμαθ' *pro* ἴθμαλι *ob ſequens aſpirat. ab* ἴθμα, τος, τὸ, motus, greſſus, paſſus; *ab* ἔω, vado.

782 Εἴλομαι, conglobor, *hic*; *ab* εἰλέω, volvo, arcto; εἰλόμενος, ένη, ενον, *part. præſ. paſſ.*

Ὠμοφάγος, ου, ὁ ἡ ἡ, cruda devorans; *ab* ὠμὸς, ὴ, ὸν, crudus, & φαγω, comedo.

Λείων, *pro* λέων, οντος, ὁ, *poët.* λείουσι, *dat. plur.*

783 Κάπρος, ου, ὁ, aper; *hic* ζῦς κάπρος, λ. 293. ζῦς κάπριος.

Χαλκεόφωνος, ὁ, ὁ ἡ ἡ, vocem æream habens, *à* χάλκεος, ἑη, εον, æneus, & φωνὴ, vox. 785

Στέντωρ, ορος, ὁ, Stentor, præco, *qui tantum vociferabatur quantum alii quinquaginta, ut ſequitur.*

Αὐδήσασχ', vociferabatur, *pro* αὐδήσασκε, *pro* ηὔδησε, *aor.* 1. *Ion.* *ab* αὐδάω. 786

Ἄσητος, ὴ, ὸν, admirandus, ſtuporem excitans ; *ab* ἀγαύω, admiror, cum ſtupore miror. 787

Πωλέσκελο, verſabatur, 3 *ſing. imperf. paſſ. Ion. & poët. pro* ἐπωλεῖτο, *à verbo* πωλέω. 788

Οἰχνέσκω, *idem quod* οἰχνέω, recedo, progredior, verſor ; *ab* οἴχομαι, *idem* οἰχνέω, *Odyſſ.* γ. 322. 790

Ἐδείδισαν, *producta ſecunda ſyllaba, & Syncope facta pro* ἐδεδίεισαν, 3 *plur. pluſquamperf. med. ab* ἐδεδίειν, *à* δείδω, timeo ; *ita & ἐδείδιμεν, ζ. 99. pro* ἐδεδίειμεν.

Ἔκαθεν, procul ; *ab* ἑκὰς *idem.* 791

Ἐπορέω, *fut.* ῶ, hoſtiliter inſilio, irruo, adeo ; *ſic hic* ; *ab* ὀρέω, impetum do, irruo, gradu concitato feror ; *quod ab* ὄρω, concito. 793

Ἀναψύχω, *fut.* ξω, refrigero, abſtergo, deſicco, *ut hic* ; *dicuntur & ἀναψύχειν, quæ animum reducunt, ut* κ. 575. ἀνέψυχθεν φίλον ἦτορ· *in hac ſignificatione deduci poteſt à* ψυχὴ, ῆς, ἡ, anima ; *ſed in priori, à* ψύχω. 795

Τείρετο, affligebatur, 3 *ſing. imperf. paſſ. Ion. verbi* τείρομαι. 797

Ἦα, eram, 1 *ſing. imperf. Ion. pro* ἦν, *verbi* εἰμί.

Ἐκπαιφάσσω, inſanio, *ſeu* fanatico more irruo ; *à* παιφάσσω, *ſupra. Vid.* β. 451. 803

Ἐπιλάῤῥοθος, ὁ, ὁ ἡ ἡ, adjutor, *pro* ἐπίῤῥοθος, adjutor. *Ante,* δ. 390. 808

Πολυαΐξ, κος, ὁ ἡ ἡ, impetuoſus ; *à* πολὺς, & ἄϊσσω. 811

Δέδυκεν, ſubiit, 3 *ſing. perf. act. verbi* δύω.

Ἀκήριος, ὁ, ὁ ἡ ἡ, *proprie,* exanimis, cor non habens, mortuus, ut η. 100. ἥμενοι αὖθι ἕκαστοι ἀκήριοι, ſedentes ibi ſinguli excordes, & λ. 392. ὀξὺ βέλος πέλεται, ἡ ἀκήριον αἶψα τίθησι, acutum telum eſt, & exanimem ſtatim reddit ; *ſed* ἀκήριον δέος *exponunt* metus, qui reddit homines exanimes, *ut hic* ; *ab* α *privat. &* κῆρ, *contr. pro* κέαρ, ατος, τὸ, cor ; *eſt etiam* ἀκήριος, *à* κὴρ, ῥὸς, ἡ, *oxyt.* ſors, lethum, mors. *Odyſſ.* μ. 98. τῇ δ' ὔπω ποτε ναῦται ἀκήριοι εὐχελόωνται, hac nondum unquam nautæ illæſi gloriari poſſunt, & *Odyſſ.* ψ. 328. ἀκήριοι ἄνδρες ἄλυξαν, viri indemnes fugerunt ; & *Hym. in Merc.* 527. ῥάβδος ἀκήριος, virga ſincera ; *vel* incorrupta ; *vel* immortalis. 812

Ἄλημι, erro, congrego, *ut hic* ; ἀλήμεναι, *præſ. inf. hinc* ἀλήμων, ονος, ὁ ἡ ἡ, & ἀλήτης, ου, ὁ, erro, mendicus ; *ab* ἀλάομαι, vagor. 823

Ἀνὰ, *ſeparatur à verbo ſuo* γινώσκω, *ſi legas* ἀνὰ κοιρανέουσα. 824

Δέδιθι, 2 *ſing. imperat. inuſitati thematis* δέδιμι· *aut, ſecundum quoſdam, pro* δέδιε, *ex* δέδια, *à* δείδω. 827

Ἔχω, agito, impello, *hic.* 829

Σχεδὸν, *Adverb.* cominus ; σχέδιος, ου, ὁ ἡ ἡ, *cujus eſt accuſat.* *aut ſecundum Euſtath.* πληγὴν, *vel* τυπὴν *intelligend. eſt etiam &* σχέ- 830

δην,

δην, prope, cominus, fere, pedetentim, ſenſim; *à* σχεδὸν, prope, propinque; *item*, fere.

831 Τυκλὸς, ὴ, ὸν, factus, paratus, aſcitus; *à* τεύχω· τυκλὸν κακὸν natum malum, & *neutraliter*, improbum

Ἀλλοπρόσαλλος, ε, ὁ ϰ᾽ ἡ, mutabilis, qui ſe omnibus accommodat, nunc hic, nunc illic adhærens; *epithet. Martis*; *ab* ἄλλος, πρὸς, & ἅλλομαι.

Πρώην, paulo ante, nuper, primum; *à* πρωΐ, mane, *cui opponitur* ἑψὲ, veſpere; *item*, tempeſtive, præmature.

834 Λέλαϲαι, oblitus eſt, 3 *ſing. perf. paſſ. Dor. pro* λέληϲαι· *ita* λελάσμεθα, *pro* λελήσμεθα, λ. 313. *à* λανθάνω.

836 Ἐμμαπέως, dicto citius, celeriter, *pro* ἀμαπέως *idem*; *quaſi* ἅμα τῷ ἔπει, una & ſimul cum dicto.

Ἔϐραχε, ſonuit, gemuit, 3 *ſing. imperf. verbi* βράχω.

Φήγινος, ίνη, ινον, fagineus; *à* φηγὸς, ὁ, ἡ, fagus, 693.

839 Βριθοσύνη, ης, ἡ, gravitas, pondus; *à* βρίθω.

Θεὸς, *aliquando eſt generis fœmin.* dea, *ut hic.*

845 Δύν᾽, *pro* δύνε, *per Apoſtroph. Ion. pro* ἔδυνε, 3 *ſing. imperf.*

846 Ὡς, cum, *vel* poſtquam, *hic.*

848 Ἐξαίνυτο, abſtulerat, 3 *ſing. imperf. verbi* ἐξαίνυμαι.

851 Ὀρέγνυμι, *aliquando* jaculor, pugno, *vel* vibro; *ut hic*; ὠρέξαϑ᾽ *pro* ὠρέξαντο, 3 *ſing. aor.* 1. *med.*

858 Τῇ, ea parte, λ. 499.

Δάπτω, *f.* ψω, & δαρδάπτω, devoro, lacero, exedo; *proprie ſignificat*, ſe ingurgitare ferarum ritu, *ut* λ. 480. ἀνὴρ ὁ δαπτεῖ, ſed leo devorat; *aliquando tribuitur igni, ut* ψ. 183. δώσω Πριαμίδην πυρὶ δαπτέμεν, dabo Hectorem igni devorandum; *hic autem de haſta dicitur*; *à* δαίω, divido, *vel* comburo.

860 Χίλιοι, αι, α, mille; ἐννεάχιλοι, & δεκάχιλοι, *apud poëtas, pro* ἐννεακισχίλιοι· & δεκακισχίλιοι· ὅσσον τ᾽ ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἠ δεκάχιλοι, boatum edidit Mars quantum novies mille clamant, *vel* decies mille, *hic de Marte. De Neptuno autem*, ξ. 148. *quidam legunt* ἐννεάχειλοι, quantum novem labia; *ſed nihil hoc grande foret de deo præſtantiore, qui adeo fortiter clamabat, quantum vix quinquaginta poſſent, ut de Stentore dictum eſt* 785. Coul.

861 Ξυνάγω, *hic*, conduco, committo, ineo.

863 Ἄτος, ε, ὁ ϰ᾽ ἡ, inſatiabilis, *per Craſin pro* ἄατος.

865 Καῦμα, ατος, τὸ, æſtus; *à* καίω, uro.

Δυσαὴς, ές, ὁ ϰ᾽ ἡ, graviter ſpirans; *à* δὺς, & ἄω, ſpiro.

869 Ἀχεύω, *fut.* ϱω, mœreo, doleo; *ab* ἄχος, εος, τὸ, dolor; *idem* ἀχέω, β. 694.

873 Ῥῖγος, εος, τὸ, rigor, frigus vehemens; *inde Adject. comparat.* ῥίγιον, magis horrendum, triſtius; & *ſuperl.* ῥίγιϲτος, maxime horrendus, triſtiſſimus.

874 Ἰότης, τητος, ἡ, voluntas, conſilium, gratia; *ab* ἵεμαι, cupio, deſidero; *quod ab* ἔω, mitto.

876 Ἀήσυλος, υλη, υλον, injuſtus, impius, nocens, deſpiciens, *ut hic*; *fit ab* α *privat.* & ἄδω, placeo, *vel* ἥδω, voluptate afficio; *vel ab* ἄσαι, nocere, *tanquam* ἄσυλα, *pleonaſmo τῆϲ* η.

Δεδμήμεσθα,

Δεδμήμεσθα, *pro* δεδεμήμεσθα, *per Syncop.* domiti ſumus, 1 *plur. perf.* 878
paſſ à δέμω, domitus ſum; *vel, à* δμάω, *per Syncop. pro* δαμάω· *hinc* δεδμήαλο, γ. 183. & δεδμήμην, *Odyſſ.* α. 426. & δεδμήσεσθαι, *Hymn. in Apoll.* 543.

Προϊεΐάλλω, adorior, aggredior, refræno, caſtigo, coërceo, *ut hic*; 879
προτὶ, *pro* πρὸς, *Dor.* προλιβάλλεαι, *Ion. pro* προλιβάλλῃ, 2 *ſing. præſ. ſubj. paſſ.*

Γείνομαι, naſcor, *præt. med* γέγαα, *aor.* 1. ἐγεινάμην· *frequenter* 880
active, genui; *diciturque & de viro & de muliere*; ἐγείναο, *Ion. pro* ἐγείνω, 2 *perſ. ſing.*

Ἀνίημι, *fut.* ήσω, remitto; *aliquando* ſtimulo, & impello, indul- 882
geo, *ut hic*; ἀνέηκεν, *aor.* 1.

Μαργάω, & μαργαίνω, inſanio; *à* μάργος, η, ον, *vel* μάργος, ε, ὁ ϗ ἡ, inſanus, *Od.* π. 421. γαστέρι μάργῃ, ventre edaci, *Odyſſ.* σ. 2. *quod ex* μάλα, & ἀργὸς, *ex* ἀεργὸς, otioſus, malus.

Ἐπέσσυλο, *pro* ἐπεσέσυλο, *geminato* σ, 3 *ſing. pluſq. perf. paſſ. verbi* 884
ἐπισύομαι.

Ὑπήνεικαν, *pro* ὑπήνεγκαν, 3 *plur. aor.* 1. *ab* ὑποφέρω, ſubduco, *ſed* 885
γ *verſo in* ι *poët. niſi malis eſſe aor.* 1. ὑπενείκω, *ſervata characteriſtica præſentis, ut* & ἤνεικα, *pro* ἤνεγκα, *ab* ἀνέγκω.

Ἦλε, *hic*, nimirum, profecto.

Αὐτῆ, ibi. 886

Νεκὰς, άδος, ἡ, acervus cadaverum; νεκάδεσσιν, *dat. plur. Ion. à* νεκρὸς, ρὰ, ρὸν, mortuus.

Ζως, *pro* ζωὸς, ὴ, ὸν, vivus, vivens homo; *à* ζάω, vivo. 887

Ἀμενηνὸς, ὴ, ὸν, debilis, qui cito deficit; *ab* α *privat.* & μένω, maneo, *vel* μένος, εος, τὸ, robur; *hinc* ἀμενηνόω, *fut.* ῶ, debilito, comminuo, ν. 562.

Τυπὴ, ῆς, ἡ, percuſſio, ictus; *à ſecundo aor.* τῦ τύπω, τυπῆσι, *dat. plur. Ion. pro* τυπαῖς.

Μινυρίζω, cantillo, voce querula cano; *item*, exili voce lamentor, 889
ut hic; *item*, exili voce lamentans, *vel* cantillans; *à* μινυὸς, ὰ, ὸν, *pro* μικρὸς, ρὰ, ρὸν, parvus.

Ἀάσχετος, ε, ὁ ϗ ἡ, intolerabilis, qui cohiberi nequit; *ingenium Junonis, ob pervicaciam dicitur* ἀάσχεσον· & *robur Martis, quia nemini cedit, nec contineri valet*, ω. 708. πάντας ἀάσχεσον ἵκετο πένθος, 892
omnes intolerabilis, *vel* immodicus luctus invaſerat; *ab* ἄσχεσος, έτε, ὁ ϗ ἡ, *idem*; *ab* α *privat.* & ἔχω, *pro* κατέχω, coërceo; *alii autem leg.* ἀνασχετὸς, ὴ, όν.

Ἐπιεκλὸς, ὴ, ὸν, ſubditus, cedens, proclivis ad cedendum, tolerabilis; *ab* εἴκω, cædo.

Δάμνημι, ης, ησι, domo, reprimo, *quod à* δαμνάω. 893

ὈδυνήφαΘ, άτε, ὁ ϗ ἡ, dolorem ſedans, *ex* ὀδύνη, ης, ἡ, & φάω, occido.

Ἐννεσία, *pro* ἐνεσία, ας, ἡ, conſilium, monitus; ἐννεσίησι, *dat. pl.* 894
Ion. pro ἐνεσίαις. *ab* ἔνεσις, immiſſio; *quod ab* ἐνίημι, immitto.

ΑἰδηλΘ, ε, ὁ ϗ ἡ, *Vid.* β. 455. 897

ἘνέρΘ, έρα, ερον, inferior, *per Syncop. pro* ἐνερώτερΘ· *ab* ἔνερΘ. 898

Ἰάομαι,

899 Ἰάομαι, *fut.* ἀσομαι, & ήσομαι, curo, medeor; ἰήσασθαι, α. 1. *inf.* ab ἴα, vis; *efficacibus pharmacis opus eſt ad ſanandum.*

901 Τὶ, *particula explet. ut dicitur ſupra.*

Ὀπὸς, ὦ, ὁ, lacteus ſuccus, & omnis liquor non ſponte, ſed aliquo alio modo fluens, coagulum; *ab* ὀπῆ, *foramine, unde fluit.*

Συνέπηξε, 3 *ſing. aor.* 1. *à* Συμπήγνυμι, compingo, condenſo, coagmento; *à* πήγω, *ſeu* πήγνυμι, *idem.*

902 Περιτρέφω, *fut.* ψω, obtorqueo, circumverto, *aut potius per Epenth. pro* περιτρέφω, coagulare, *vel* concreſcere facio circumagitando; *à* τρέφω, *idem quod* πήγνυμι, *at Odyſſ.* ξ. 477. Ϛακέεσσι περιτρέφεῖο κρύσταλλος.

903 Κυκάω, *fut.* ήσω, miſceo, confundo, *proprie de liquoribus*; *item Metaph.* confundo, turbo; *hinc* κυκεὼν, ῶνος, ὁ, miſcellanea potio, λ. 129.

909 Ἀνδροκλασία, ας, ἡ, homicidium; ἀνδροκλασιάων, *gen. plur. Æol. ab* ἀνὴρ, & κλείνω, interficio, occido.

CLAVIS HOMERICA

In Z. ILIADIS.

1 Οἰόω, deſolo, deſtituo, ſolum facio; *ab* οἶος, οἴη, οἷον, ſolus; α. 118. οἰώθη, 3 *ſing. aor.* 1. *paſſ.*

2 Πολλὰ, *Adverbialiter pro* πολύ· *aliquando pro* πολλάκις, *ut* β. 798.

Φάλος, ου, ὁ, galea; quia ſplendet φάει.

5 Ὁδῷ ἔπι, *pro* ἐφ' ὁδῷ, juxta viam.

17 Ὑφαυλιάω, & -άζω, *fut.* Ϛω, obviam prodeo, alicui occurro, ſubſidio veniens, *vel* ante aliquem prodire ad eum pertegendum, *ut hic*; incurro, incido; *item* ὑπαυλιάω· *ab* αὐλιάω, in occurſum eo, & ἀντιάω, *idem*; *vel*, obſto, occurro, obteſtor.

19 Ἔσκον, ἔσκες, *Ion. & poët. pro* ἦν, ἦς, *vel potius pro* ἔον, ἔες, ἔε, *imperf. verbi* εἰμὶ, ſum, *ex inuſit.* ἔω.

Ὑφηνίοχος, ου, ὁ ϗ ἡ, adminiſter aurigæ, auriga; *ab* ὑπὸ, & ἡνίοχος, όχου, ὁ, auriga.

24 Σκότιος, ία, ιον, tenebroſus, ex occulto coitu & illegitimis nuptiis natus, ſpurius, clandeſtinus, *ut hic*; *à* Ϛκότος, εος, τὸ, tenebræ. *Vid.* νόθος, β. 727.

25 Ποιμαίνω, paſco; *à* ποιμὴν, ένος, ὁ.

Ὄεσσι, *Ionic. & Æolic. pro* ὄϊσι· *ab* ὄϊς, ovis, *contract.* οἷς. *genit.* οἷος. *Supra*, γ. 198.

Εὐνὴ, ῆς, ἡ, *hic*; concubitus. *Vide* α. 435.

Ὑποκυσσαμένη,

Ὑποκυσσαμένη, prægnans, *vel* gravida facta; *ut hic*; *aor.* 1. *part.* *fæm. med. verbi* ὑποκύω, gravida ſum, *vel* oſculor. 26

Ὑπολύειν γυῖα, membra vel artus diſſolvere, *id eſt*, vitam eripere, & cauſam eſſe exitii. 27

Εὐῤῥείτης, ᾱ, ὁ ἡ, pulchre fluens; *geminatur* ρ, *ab* εὖ, & ῥέω· *hinc etiam* εὐῤῥεής, ές, ὁ ἡ, ζ. 508. *idem quod* εὐῤῥείτης, & εὐῤῥόος, ος, ὁ ἡ, η. 329. εὐῤῥείταο *autem Æol. pro* εὐῤῥείτᾱ. 34

Ἕλε, *aliquando* cepit; *aliquando* interfecit; 3 *ſing. aor.* 2. *ab* αἱρέω. 35

Ἀτύζομαι, timeo, trepido; ἀτύζω, *fut.* ξω, reddo attonitum, turbo; *ab* ἄτη, ης, ἡ, damnum. 38

Βλάπτω, *fut.* ψω, noceo; *item*, in itinere impedio; βλαφθεὶς, εῖσα, ἐν, *part. aor.* 1. *paſſ.* 39

Μυρίκινος, ίνη, ινον, myricinus; *à* μυρίκη, ης, ἡ, myrica, arbore quadam, *Il.* κ. 466.

Ἄξας, ασα, αν, frangens, *part. aor.* 1. *ab* ἄγω, *fut.* ξω, frango. 40

Ἔβήτην, ibant, 3 *dual. aor.* 2. *verbi* βαίνω.

Φοβέοντο, trepide fugiebant, 3 *ſing. imperf. Ion. pro* ἐφοβοῦντο.

Τροχὸς, οῦ, ὁ, rota; *à* τρέχω, curro; *dicitur etiam apud Homerum* *de re qualibet, quæ eſt orbiculari rotunditate inſtar rotæ, ut Odyſſ.* μ. 173. κηροῦ μέγαν τρόχον, ceræ ingentem maſſam; *ſed* τρόχος, ᾱ, ὁ, curſus. 42

Ἐκκυλίω, *fut.* ίσω, evolvo, devolvo; ἐξεκυλίσθη, 3 *ſing. aor.* 1. *paſſ.* *à* κυλίω, volvo, ρ. 99. *proprie dicitur de devolutione ex ſuperioribus in inferiora*; κυλίνδω, & -έω, *idem*, ϑ. 86.

Κειμήλιον, ίᾱ, τὸ, quæque bona immobilia; *item*, quod in pretio magno habetur, munus pretioſum quod dari ſolebat hoſpitibus, ut eſſet amoris & hoſpitii perpetuum monumentum & pignus, repoſitæ in theſauro pecuniæ; παρὰ τὸ ἐκεῖ κεῖσθαι τὰ μείλιχα, quod ibi recondantur nobis res gratæ & mellitæ; *à* κεῖμαι, jaceo; *hinc* κειμηλιάρχιον, ίᾱ, τὸ, locus, in quo res pretioſæ reconduntur. 47

Ἐν πατρὸς, *ſubintelligitur* οἴκῳ, domo.

Πολύκμητος, ᾱ, ὁ ἡ, multum elaboratus; *ferrum dicitur* πολύκμητον, *quod multis modis poteſt laborari & fabricari*; *vel, quod ad multos labores ſit idoneum*; παρὰ τὸ κάμνω, labor; *quod à* κάμνω, laboro. 48

Καλαξέμεν, deducere, deducendus, *Ion. pro* καλάξειν, *fut.* 1. *inf.* 54

Κηδομαι, *hic*, parco, ſolicitus de ſervando; κήδεαι, 2 *ſing. præſ.* *pro* κήδῃ· *quod à* κῆδος, εος, τ, cura, ſolicitudo. 55

Αἰπὺς, εῖα, ὺ, *aliquando eſt idem quod* ὑψηλὸς, ὴ, ὸν, altus, *ut Iliad.* λ. 181. *aliquando eſt* χαλεπὸς ἡ σκληρὸς, durus & difficilis; *vel*, gravis, *ut hic*. 57

Ἐξαπολοίατ', *Ion. pro* ἐξαπόλοιντο, funditus pereant, 3 *plur. aor.* 2. *opt. ab* ἐξαπωλόμην, *ab* ὄλλυμι. 60

Ἀκήδεστος, έστη, ὁ ἡ, inhumatus, inſepultus; *ab* α *privat.* & κῆδος, εος, τὸ, exequiæ, parentalia, funus; *eſt* & ἀκήδεστος, indefletus; *à* κῆδος, mœror; & *etiam* incuratus; *à* κῆδος, cura; *poteſt autem* ἀκήδεστος *eſſe Superlativi gradus τῦ* ἀκηδὴς, *quod in omnibus illis ſignificationibus legitur.*

Ἄφαυλος,

Ἄφαυλος, ἀύλη, ὁ ϰ᾽ ἡ, non apparens, funditus extinctus, & qui cum ſtirpe periit ; *ab* α & φαίνω.

62 Αἴσιμος, ίμη, ὁ ϰ᾽ ἡ, juſtus, pius, æquus ; *ab* αἶσα, ης, ἡ, officium ; *eſt* & αἴσιμος, ε, ὁ ϰ᾽ ἡ, fatalis, θ. 72. *ab* αἶσα, fatum, & αἴσιος, ε, ὁ ϰ᾽ ἡ, *idem*, ω. 376.

64 Ἀναῖρέπω, proſterno, ſubverto ; ἀναῖρέπομαι, proſternor, reſupinatus ſum ; ἀνεῖραπέλο, 3 *ſing. aor.* 2. *med.*

69 Ἐπιϐαλλόμενος, ένη, ενον, intentus, cupidus ; *ab* ἐπιϐάλλομαι, *quod cum genitivo aliquando ſignificat* cupio.

Ἔναρα, ων, τὰ, ſpolia, *vel* arma ; *ab* ἐναίρω, occido, ſpolio ; *alii autem deducunt ex* ἄρης, bellum, Mars ; ἔναρα βροτόεντα, ſpolia cruenta, ζ. 480.

75 Ἀνάλκεια, ας, ἡ, timiditas, ignavia ; *ab* ἄναλκις, ιδος, ὁ ϰ᾽ ἡ, inſtrenuus, ignavus, β. 201. *quod ab* α *privat.* & ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur, vis, *item*, auxilium.

78 Ἐγκέκλιται, incumbit, 3 *ſing. perf. paſſ. verbi* ἐγκλίνω.

79 Ἰθὺς, ύος, ἡ, impetus, *nempe, ejus qui recta fertur ad aliquid* ; *ab* ἰθύω, recta feror ; *hoc vero ab* ἴθὺς, έος, rectus, directus ; & ἴθυς, *vel* ἰθὺ, *Adverb.* recta in, *ſeu* recta ad.

Ἄριστοι μάχεσθαι, præſtantiſſimi ad pugnandum ; *Infin. poſt Adjectivum habet ſignificationem gerund. in* dum : *ut*, λαλεῖν ἄριστος, *apud Plat.*

Ἐποτρύνω, verbis incito, impello, exacuo ; ἐποτρύνηλον, 2 *dual. præſ. ſubj. ab* ἔπω, dico ; *aut* ἐπὶ, & ὀτρύνω, incito.

87 Γεραιὰ, ᾶς, ἡ, matrona, anus ; *à* γεραιὸς, ὰ, ὸν, ſenex.

89 Οἴξασα, *ab* οἴγω, *fut.* ξω.

90 Δοκέω, *fut.* ήσω, *vel* ξω, videor.

94 Ηνις, ιος, ἡ, annicula, horna, *per Ecta ſin, pro* ἔνις· *ab* ἔνος, ε, ὁ, annus.

Ἄκεσος, έση, εσον, indomitus, nondum ſtimulo domitus ; *ab* η *pro* α *privat.* & κεντέω, pungo ; ἀκέντητος, ήτη, ὁ ϰ᾽ ἡ, *idem*.

96 Ἀποσχεῖν, abſtinere : *exprimitur* & averto, *ut hic. aor.* 2. *infin. ab* ἀφέχω.

100 Ἐξέμεναι, exiiſſe, *Ion.* & *Dor. pro* ἐξεῖναι, *aor.* 2. *infinit. verbi* ἔξειμι.

101 Ἰσοφαρίζω, adæquo, æquiparo ; *dictum quaſi* ἰσοφερίζω· *ab* ἶσος, η, ον, æqualis, par, & φέρω· *hinc* ἰσοφόροι, *Odyſſ.* σ. 372. boves æquali ferendo oneri apti ; *vel*, ἰσοφαρίζω, indutus ſum paribus indumentis ; *à* φᾶρος, εος, τὸ, pallium, *adeo ut ſit tractum à ſimilitudine veſtium.*

107 Ὑποχωρέω, *fut.* ήσω, ſenſim recedo, clam me ſubduco ; *item*, retrocedo, cedo, abſcedo ; *ab* ὑπὸ, & χωρέω, eo, accedo, &c.

108 Φὰν, *Ionica augmenti detractione pro* ἔφαν, & *hoc Bœotica Syncope, pro* ἔφασαν, 3 *plur. imperf. vel* ἔφησαν, *aoriſt.* 2. *verbi* φημὶ, & *ſignificat aliquando apud Homerum*, dixerunt, *ut Odyſſ.* β. 337. *aliquando ponitur pro* ὠήθησαν, exiſtimarunt, putaverunt, *ut hic.*

109 Ἀλεξήσω, *ex* ἀλέξω, *ut ſupra*, α. 589.

110 Ἐκέκλετο, hortabatur, 3 *ſing. imperf. verbi* κέκλομαι, *poët. pro* κέλομαι.

Βείω, ivero, *poët. & Ion. inſerto ι, pro βέω· hoc autem pro βῶ, a. 2. ſubjunct. à βαίνω*, gradior, incedo, eo; *cujus aor. 2. indicat. ἔβην eſt & βείομαι, pro βιώσομαι*, vivam, *Il.* χ. 431. 113

Βουλευτὴς, οῦ, ὁ, conſultor, ſenator; *à βουλεύω.* 114

Δέρμα, τος, τὸ, pellis, tergus, cutis; *à δέρω*, excorio; *hoc autem à δέρας, ατος, τὸ, idem, quod alii generale eſſe volunt, alii de pelle ovina proprie dici: à δέρμα autem* δερμάτινος, ίνη, ινον, coriaceus, *Odyſſ.* δ. 782. *&* δέρτρον, ου, τὸ, *Odyſſ.* λ. 578. roſtrum, *vel* membrana & durior pars roſtri, qua aves cibum excipiunt. 117

Προβαίνω, *fut.* ήσομαι, prægredior, antecedo, *& Metaph.* anteeo, antecello, *ut hic.* 125

Δύσηνος, ου, ὁ ἡ, qui multum ſuſpirat, *ideoque* infelix, miſer; *à* δύς, *&* σένω, gemo: *aut, ſecundum alios, à* σῆναι, *aor. 2. infin. verbi* ἵσημι, *ut ſit, qui vix locum invenire poteſt, ubi conſiſtat.* 127

Καλὰ, *cum genitivo*, de, *ut hic.* 128

Οὐδὲ γὰρ ὧδε, non enim, *ut Ante.* 130

Διώνυσος, Bacchus, *poët. pro* Διόνυσος, *ita cognominatus Bacchus, quod cum natus eſt,* κέρασι ἔνυξε τὸν Διὸς μηρὸν, cornibus femur Jovis vulneravit; *vel quaſi* διδόινυσος, *quia* τὸν οἶνον δίδωσι, vinum præbet; *vel* ἀπὸ Διὸς καὶ Νύσσης, quia filius eſt Jovis, & in monte Nyſſa educatus; *vel quaſi* διάνευσος, *à* διανεύειν, *quia vacillant, nec firmis veſtigiis hærent, qui pluſculum potaverunt.* 132

Τιθήνη, ης, ἡ, nutrix; eſt etiam τιθηνὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, nutritor, nutrix; *ſumitur etiam pro terra alumna; à* τιτθὸς, οῦ, ὁ, mamma, mammilla, *quod ita dicitur (inquit Harm.) quia* προσίθεται, *infantis ori admovetur.*

Θύθλα, ων, τὰ, liba, *vel* rami, *vel* thyrſi qui in bacchanalibus portabantur; *à* θύω, ſacrifico. 134

Θεινόμενος, ένη, ενον, percuſſus, *part. præſ paſſ. verbi* θείνω; *vid. a.* 34. 135

Βουπλὴξ, ῆγος, ὁ, *vel* ἡ, ſtimulus, *quo boves punguntur, quaſi* βῶν πλήτλων. *Didymus (ut* Coulon *annotat) explicat* βουπλῆγι, ſecuri, *quia boves ſecuri cæduntur; poteſt ſignificare* ſcutica, *quia fit ex bubula pelle; à* πλήσσω, percutio, *&* βοῦς, οὸς, ὁ καὶ ἡ.

Ὀδύζομαι, *potius* ὀδύσσω, ſuccenſeo, iraſcor; *uſurpatur tantum in aor.* 1. *med. apud poët. ex* ὀδύνη, ης, ἡ, *nam ira eſt dolor quidam, aut ex eo oritur;* ὀδυσσαμένοιο, *Iliad.* Θ. 37. *pro* ὀδυσσαμένου. 138

Ῥεῖα, quiete, tranquille, *hic, pro* ῥέα, *ex* ῥέω, fluo: *quia quæ facilia ſunt, quaſi fluere videntur.*

Τυφλὸς, ὴ, ὸν, cæcus; *aliquando* ſurdus: *ſed non apud Homer. dicitur quaſi* τύφως ἴλλων, *id eſt,* oculorum fumos habens; *vel à* τύφω, fumum excito, *&* λέειν, videre; *cæcus eſt, in quo* τύφλαι, *id eſt,* ἀπόλλυται τὸ λέειν, viſus deſtruitur, *Heſych.* 139

Πεῖραρ *ſive* πεῖρας, ατος, τὸ, finis, terminus; *item*, ſcopus, meta; *à* πέρας, ατος, τὸ, *idem; hinc Odyſſ.* ψ. 243 περάτη, *quod eſt, ſecundum alios,* tranſitus: *alios vero* Horizon, *quam ſignificationem habet in Homero etiam* πέρας, *inquit* Coul. 143

Γενεὴ, ῆς, ἡ, genus, origo, *Ionic. pro* γενεά. *Ante.* 145

148 Τελεθόωσα, valde vireſcens, *ſeu* germinans, luxurians, *Bœot. pro* τηλεθῶσα· *à* τηλεθάω, germino, pullulo, vireſco, *quod à* θηλέω· *hoc vero à* θάλλω *idem*; *pro eodem etiam dicitur* τηλέθω *apud poëtas*; *ſed non apud Homerum. Metaph.* χ. 423. παῖδας τηλεθάοντας, pueros, *vel* filios florentes, & ψ. 142. χαίτην τηλεθόωσαν, comam floreſcentem.

150 Δαήμεναι, diſcere, *Dor. pro* δαῆναι; *ab* ἐδάην, *aor.* 2. *verbi* δαίω, diſco.

152 Μυχὸς, ὁ, receſſus, locus abditus, penetrale; *fit ex* νυχὸς, *pro* νυκλὸς, nox, *verſo* ν *in* μ, *ut fit* ὁ ἐνδόταλος καὶ ζοφοειδὴς τόπος, *aut ex* μύω, claudo, *quaſi locus clauſus & occultus*; *hinc* μυχοίταλος, η, ον, penitiſſimus, ſemotiſſimus, *Odyſſ.* φ 146.

157 Ὀπάζω, *fut.* σω, præbeo, *hic*; *proprie*, perſequor, comitem do.

Ἐμήσαλο, 3 *ſing. aor.* 1 *med. à* μήδομαι, molior, ſtruo, *fut.* μήσομαι. *Ante, ſed ſunt qui deducunt à* μέομαι, conſulo; & *ab* ἐμέομαι, vomo, & *à* μάω, cupio, quæro.

158 Ἐξελαύνω, *fut.* λάσω, expello, abigo; ἐξέλασσεν, *poët. pro* ἐξέλασεν, 3 *ſing. aor.* 1. *ab* ἐλαύνω.

160 Ἐπιμαίνομαι, inſanio ſuper aliqua re. *Metaph.* furioſe amo; *vel*, inſanio alicujus amore; *à* μαίνομαι, *futur.* μανοῦμαι, *aor.* 1. *med.* ἐμανάμην, *Attic.* ἐμηνάμην, furo.

161 Μισήμεναι, miſceri, *Att. & Dor. pro* μιγῆναι, *aor.* 2. *inf. paſſ. verbi* μίγνυμι.

163 Ψεύδω, *fut.* σω, fallo, *ut ante*; ψεύδομαι, fallor; *item active*, fallo; ψευσάμενος, ένη, ενον, *part. aor.* 1 *med. item neutraliter*, mentior, *ut hic*; ψεύδω *dicitur quaſi* φεύγω, *quod omnes fallacem & mendacem fugiunt*; *vel* παρὰ τὸ εἴδω, video, *per Antiphraſin, quod mendaces aberrent & cæcutiant*, Coul. *vel, à* ψέω, minuo, & ὕδω, *idem quod* λέγω, dico: *mendax enim rem narrando minuit.*

164 Κάκλανε, *per Syncop. pro* καλάκλανε, 2 *ſing. aor.* 2. *imper. verbi* κλείνω, α *poëtice rejicitur, &* τ *una cum* α *deperditur: nam* τ *non ponitur ante* κ.

166 Οἷον, *Adverb.* qualiter, ſicut, exempli gratia, ut, *pro* ſimul ac.

167 Σεβάζομαι, *fut.* σομαι, *idem quod* ζέομαι, colo, veneror, religioſe admiror; *item*, vereor; ζέω *idem*; ζεβάσσαλο τόγε θυμῷ· *ſecundam quoſdam, pro* ἀσεβὲς ἡγήσαλο, id irreligioſum, aut non tutum putavit; *ſecundum alios*, religioſum id ei fuit.

168 Σήματα, *hic*, literæ.

169 Πίναξ, κος, ὁ, tabula; *ut*, πίνακάς τε νεῶν, tabulas & aſſeres navis, *Odyſſ.* μ 68. *aliquando* lanx, *vel* diſcus, *ut Odyſſ.* α. 141. δαιτρὸς δὲ κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας, coquus autem carnium lances appoſuit ſumens; *aliquando* tabella ſcriptoria, codex, libellus, *ut hic*; *à* πῖνος, pinus; *quod ex pineo ligno plerumque fuit confecta.*

Πτυκλὸς, ὴ, ὸν, plicatus, complicatus; *à* πτύσσω, complico.

Θυμοφθόρος, ε, ὁ καὶ ἡ, corrumpens animum, ad mortem pertinens, exitioſus; *à* θυμὸς, οῦ, ὁ, & φθείρω, corrumpo, interficio.

170 Πενθερὸς, οῦ, ὁ, ſocer, uxoris pater; & πενθερὰ, ᾶς, ἡ, ſocrus; *à* πένθος, εος, τὸ, luctus *(inquit Harm.) quia ſoceri ſæpe dolent filiarum vicem, & metuunt ne res illis male cedant*; *ſed* ἑκυρὸς, οῦ, ὁ, & ἑκυρὰ, ᾶς, ἡ, mariti pater & mater, *vid.* γ. 172.

Πομπὴ,

Πομπὴ, ῆς, ἡ, miſſio, ductus, comitatus; *aliquando* ſolenne ſpectaculum in morem triumphi. *Odyſſ.* ϑ. 545. εἵνεκα γὰρ ξείνοιο τάδ' αἰδοίοιο τέτυκται πομπὴ, καὶ φίλα δῶρα, nam ob hoſpitem hæc venerandum parata ſunt, celebritas, & amica dona; *hinc* πομπεὺς, έως, *Ion.* ήος, ὁ, *Odyſſ.* γ. 325. πομπῆες ἔσονται, duces, ductores aderunt; *vel*, pompæ tuæ ductores erunt; & πομπεύω, *fut.* σω, *Odyſſ.* ν. 422. tranſmitto, tranſveho; & πομπὸς, ὅ, ὁ, comes, ν. 416. *vel*, dux viæ, *ut Il.* ω. 153. πομπὸν ὀπάσσομεν Ἀργειφόντην ὃς ἄξει, ducem viæ dabimus Mercurium, qui ducet, &c. τὸ πομπὸν, *teſte Euſtath. ſignificat* caduceus; *à* πέμπω, mitto.

Χίμαιρα, ας, ἡ, monſtroſa quædam beſtia; quæ è tribus diverſi generis animalibus compoſita fuit, cujus caput & pectus, vertex ſcilicet, erat leonis ignemque ex ore efflabat, venter erat capræ, cauda vero draconis; *à* χίμαρος, ου, ὁ, hœdus hyeme natus: *unde* χίμαιρα, ας, ἡ, capra, *quod à* χεῖμα, ατος, τὸ, hyems.

Ἀμαιμάκετος, ου, ὁ καὶ ἡ, & -ος, η, ον, inſuperabilis, indomitus; *ab α priv.* & μάχομαι *cum reduplicat. vel*, qui animo eſt in prælia prono: *quaſi* ἄγαν μαιμάων· *à* μαιμάομαι, impetum facio, & *α epitatico* & *augmentativo*, *vel*, immenſus; *ex* μῆκος, εος, τὸ, *Dor.* μᾶκος, longitudo; *hinc* ἰσὸς ἀμαιμάκεϊ, malus ingens, *vel* longus, *Od.* ξ. 311.

Πεφνέμεν, *pro* πεφνεῖν, *vide in* καταπέφνε, γ. 281. 180

Δύμεναι, ſubiiſſe, *Dor. pro* δῦναι, *aor.* 2. *infin. verbi* δύω. 185

Ὑφαίνω, *hic*, ſtruo. *Vid.* γ. 125. 187

Ἠὺς, έος, bonus, *accuſ.* ἠὺν, *ab* ἐΰς. 191

Βασιληΐς, ίδος, regia, *Adject. fœmin. derivatur à* βασίλειος, ου, ὁ καὶ ἡ, regius: *quod Dialyſi Ionica fit* βασιληΐος, *Odyſſ.* ϖ. 401. *à* βασιλεὺς, *Il.* α. 9. 193

Τέμω, *hic*, aſſigno, partior; τάμον, 3 *plur. aor.* 2. *Vide* τέμενος, β. 696. 94

Φυλαλιὰ, ᾶς, ἡ, locus arboribus conſitus, hortus, vinea; *à* φυλὸν, ου, τὸ, planta, arbor, ſtirps. 195

Πάτος, ου, ὁ, via calcata, *ſeu* trita, ν. 137. κιόντες ἐκ πάτου ἐς Σκοπίην, euntes ex via publica in ſpeculam; *aliquando* conſuetudo, *vel* conſortium, *ut hic*; *vel*, frequentatio, *ut Odyſſ.* ι. 119. ἐν δ' αἶγες ἀπειρέσιαι γεγάασιν ἄγριαι, οὐ μὲν γὰρ πάτος ἀνθρώπων ἀπερύκει, in ea vero capræ infinitæ naſcuntur ſylveſtres, neque enim frequentatio hominum prohibet; *hinc* πατέω, *fut.* ήσω, calco, ambulo. 202

Χρυσήνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, aureas habens habenas; *à* χρυσὸς, οῦ, ὁ, aurum, & ηνία, ας, ἡ, habena. *Omnia apud Homerum* (*ut annotat* Coulon) *quæ in pretio habentur*, & *honore deorum, dicuntur aurea*: χρυσάμπυκας ἵππους, ε. 358. ὧραι χρυσάμπυκες, *Hymn.* 5. *verſ.* 5. Ἀπόλλωνος χρυσαόρου, ε. 509. Ἄρες χρυσεοπήληξ, *Hymn. in Mart.* 1. χρυσῆ Ἀφροδίτη, χ. 470. χρυσοστέφανον Ἀφροδίτην, *Hymn.* 5. 1. Ἀρτέμιδος χρυσηλακάτου, ϖ. 182. χρυσόζυγον ἅρμα, *de curru Solis*, *Hymn. in Solem* 15. χρυσόθρονος ἦρη, α. 611. Λητὼ χρυσοπλόκαμος, *Hymn. in Apol.* 205. ἶριν χρυσόπτερον, ϑ. 398, &c. 205

Αἰσχύνω, pudefacio, erubeſcere facio, dehoneſto, deturpo, *ut* σ. 24. *item*, dedecoro, dedecore afficio, *ut hic*; -έμεν, *pro* -εῖν, *præſ. inf. ab* 210

αἰσχύνη, ης, ἡ, pudor, dedecus; *quod ab* αἶσχος, εος, τὸ, turpitudo: *de quo vide* β. 119.

216 Παλαιὸς, ὰ, ὸν, vetus, antiquus; *à* πάλαι, olim.

218 Ξεννήϊον, *pro* ξένιον, ίω, τὸ, munus hoſpiti datum, λ. 778. τὰ ξείνια, *à* ξένος. *Ante.*

219 Φοίνιξ, κος, ὁ, *hic, ut* δ. 141. purpura, puniceus color; *ſignificat* palma, *Hymn. in Apoll.* 117. *&* *Odyſſ.* ζ. 163. *eſt & proprium, Il.* ι. 168. *& nomen gentis,* ψ. 744. *uſurpatur & adject.* ruber, rufus, ψ. 454.

223 Κάλλιφ', *per Apoſtrophum, pro* κάλλιπε, *ob ſequentem aſpiratam;* τὰ κάλλιπον ἐνθάδε ἕρξων, *Il.* ι. 364. *hoc autem pro* καλέλιπε, *Æol. Syncop. aor.* 2. *verbi* καλαλείπω· *eodem modo* καλλείπειν, *pro* καλαλείπειν, κ. 238. *&* καλλείψειν, *pro* καλαλείψειν, ξ. 89.

226 Ἀλεώμεθα, vitemus, 1 *plur. præſ. ſubj. med. verbi* ἀλέω.

233 Πιστόω, fidem exigo; πιστόομαι, fidem do; *ſed apud Homerum, in media voce ſignificat,* fidem dare, *&* excipere, *ut hic;* πιστώσαντο, 3 *plur. aor.* 1. *med. id eſt,* πίστεις ἐποιήσαντο ἀλλήλοις, ἐδεξιάσαντο, ἠσπάσαντο, fidem mutuam dederunt, *ut &* φ. 286 χειρὶ δὲ χεῖρα λαβόντες ἐπιστώσαντ' ἐπέεσσι, manu manum prehendentes confirmarunt verbis; *at in paſſ. Odyſſ.* ο. 435. ὅρκῳ πιστωθῆναι, juramento fidem dare, *& Odyſſ.* φ. 219. ὄφρά με εὖ γνῶτον, πιστωθῆτον τ' ἐνὶ θυμῷ, ut me bene cognoſcatis, & habeatis perſuaſum in animo, *id eſt,* & vobis fides facta ſit, *& Hymn. in Merc.* 533. πιστωθεὶς καλένευσα, certe perſuaſus animi, annui, *id eſt,* mihi vide facta; *à* πίστις, εως, ἡ, fides.

236 Ἐννεάβοιος, ω, ὁ ἢ ἡ, novem boum, *ſeu* ejus nominis nummum pretium valens; *à* βοῦς, οὸς, ὁ ἢ ἡ, *&* ἐννέα, novem; *quem numerum, quia perfectus eſt, & propter novem Muſas* (*inquit* Coul.) *ſæpe inducit poëta, ut hic;* ἐννεάβοια, τεύχεα ζυγόδεσμον ἐννεάπηχυ, ω. 270. *&* *Od.* λ. 310. ἐννέωροι γὰρ τοί γε ἢ ἐννεαπήχεες ἦσαν, novennes cum eſſent, novem cubitorum erant latitudine; longitudine autem erant ἐννεόργιοι, novem ulnarum, *vid.* ἑκαλόμβοιος, β. 450.

239 Ἕλης, ω, ὁ, civis, ſocius, amicus; *ab* ἔτος, εος, τὸ, annus, *ut ſit æqualis, coætaneus; vel, ab* ἔθος, *ut ſit, qui eſt alicui familiaris,* ἐξ ἔθως· *hinc* ἑταῖρος, ω, ὁ, amicus, *quaſi* ἐθαῖρος.

243 Ξεστὸς, ἡ, ὸν, raſus, ſcalptus, dolatus; *vel,* radendo, ſcalpendo, dolando politus; *à* ξέω, ſcalpo, polio.

Αἴθουσα, ης, ἡ, porticus, teſtudo; ξεσταὶ αἴθουσαι, ſunt ſubdiales porticus ex politis lapidibus factæ, *inquit Euſtath. dicitur vero* αἴθουσα, *in hac ſignificatione, quaſi* αἰθομένη ὑπὸ τῦ ἡλίυ, quæ calefit, *aut* illuſtratur in ſole: *vel* διὰ τὸ αἴδεσθαι ἐν αὐτῇ τῦ χειμῶνος, quod hyeme calefiant homines in ea; *aliquando partic. eſt fœmin. ab* αἴθω, uro.

Τετυγμένος, η, ον, exſtructus, *part. præt. paſſ. verbi* τεύχω, fabricor, paro, *pro* τετευγμένος, ε *abjecto: niſi quis malit à* τύχω, paro.

245 Δεδμημένος, η, ον, ædificatus, *part. perf. paſſ. verbi* δέμω, *quod legitur tantum in aor.* 1. *& præt. paſſ. Eſt etiam* δεδμημένος, domitus, κ. 2.

Μνηστὴ, ῆς, ἡ, ſponſa, uxor legitima; *hinc* μνηστεύομαι, & -εύω, ambio, conjugium peto, nuptias paro; *quod à* μνάομαι, reminiſcor; *item*, ambio conjugium, *Odyſſ. α.* 248. *hinc* μνηστὴρ, ῆρος, ὁ, procus, *Odyſſ. α.* 91. & μνηστὺς, ύος, ἡ, mulieris conciliatio in uxorem, *Od. β.* 199. 246

Τέγεος, *pro* τέγειος, ου, ſub tecto ſublimis, altus, *ut hic*; τέγεοι θάλαμοι, excelſi thalami, qui in ſuperiori domus parte ſunt ſuper tecto, *ut Euſtath. vult*; τέγεοι, *id eſt*, ὑπερῷοι, *vel*, qui multa tecta, & multas contignationes habent; τέγεα, *autem*, *pro quo* τεγέη, *Ionic. eſt oppidum Arcadiæ*, *β.* 607. *à* τέγος, *pro* στέγος, tectum domus; *quod à* στέγω, tego; *pro domo ipſa utitur Homerus, ut Odyſſ. α.* 333. στῆ ῥα παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο, ſtabat ſane juxta limen aulæ, *vel* domus, bene fabricatæ. 248

Ἠπιόδωρος, ου, ὁ ἡ, mitia donans, *aut* mitis; *interp.* ἤπια καὶ πρᾶα, τελέσι πραϋνλικὰ δωρεμένη καλὰ τὴν παιδοτροφίαν, indulgentia utens in puerorum educatione; *ab* ἤπιος, ία, ιον, *δ.* 218. mitis, & δῶρον, ου, τὸ, donum. 251

Φῦ, ἀντὶ τοῦ προσήγγισε τῇ χειρὶ, acceſſit, hæſitque manui, *pro* ἔφυ, *aor. 2. à* φύω, adhæreo. 253

Ἐκ τ' ὀνόμαζε, *pro* ἐξονόμαζε, *per Tmeſin.* ἐξονομάζω *autem, ut* & ὀνομάζω, *aliquando ſimpliciter*, profero, alloquor, *ut hic*, & *Ante*, *α.* 361.

Δυσώνυμος, ου, ὁ ἡ, cujus nomen odioſum eſt, *vel*, inauſpicatum; malus, infauſtus, exſecrandus, deteſtabilis; δυσώνυμοι υἷες ἀχαίων, *id eſt*, κακώνυμοι· *à* δὺς, & ὄνομα, ατος, τὸ, nomen. 255

Ἐνεικα, *poët. pro* ἤνεγκα, *aor. 1. à* φέρω, *vel, ut alii*, ἐνείκω, *ſubj. præt. à verbo* ἐνίημι. 258

Σπένδω, libo, vino, lacte, aut ſimili liquore diis ſacrifico; Σπένδων αἴθοπα οἶνον, libans nigrum vinum, *λ.* 774. *poët.* Σπένδεσκον, *ϖ.* 227. & *Æol.* Σπένδησθα, *pro* Σπένδης, *Odyſſ. δ.* 591. *fut.* Σπείσω, *aor. 1. ſubjunct.* Σπείσης, *hic*; & *poët.* Σπείσασκε, *pro* ἔσπεισε, *Odyſſ. θ.* 89. 259

Ὀνήσεαι, reficiaris, *Attic. pro* ὀνήσῃ, *2 ſing. fut. 1. med. ab* ὄνημαι, *pro* ὄναμαι, juvor, fructum & utilitatem capio, fruor; *ab* ὄνημι, juvo. 260

Πιήσθα, *Æol. pro* πίῃς, *2 ſing. aor. 2. ſubjunct. à* πίνω.

Κεκμῶτι, *poët. metri cauſa, pro* κεκμηότι· ἄνδρας κεκμηότας, *λ.* 801. *à* κεκμηὼς, υῖα, ὸς, defatigatus, *Ion.* τοῦ κ ἐξαιρέσι, *pro* κεκμηκὼς, *part. præt. à* κέκμηκα, *in proximo carmine*, *à* κάμνω. 261

Pro αὔξω, augeo, *poëtæ dicunt* ἀέξω, *quaſi* ἐκ ἐπέχω, non cohibeo; ἀέζομαι, creſco, *θ.* 66. ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ, creſcebat ſacer dies.

Ἄειρε, afferas, *2 ſing. præſ. imperat. verbi* ἀείρω. 264

Ἀπογυιόω, *fut.* ώσω, enervo, delumbo, membra debilito; *à* γυιόω, *θ.* 402. membra frango, claudum reddo, enervo; *à* γυῖον, ου, τὸ, membrum corporis, *γ.* 34. 265

Ἀνιπτος, ου, ὁ ἡ, illotus; *ab α privat.* & νίπτω, lavo; *hinc* ἀνιπτόδοπες, *ϖ.* 235. illotos habentes pedes; *non tantum ablucre manus, ſed etiam pedes, religionis erat, antequam diis libaſſent.* 266

Αἴθοψ, οπος, ὁ ϰ᾽ ἡ, *aliquando* nigrans, *ut hic, & ante,* α. 462. *hinc* αἰθοψ, οπος, ὁ, Æthiops; *quia vultus ejus, ab æſtu ſolis, niger redditur.*

Πῆ, *hic, extra interrogationem,* ullo modo.

Ἔξι, licet, fas eſt, *pro* ἔξεστι, *ſic etiam utitur* ἦν, licebat.

268 Αὔθρον, ϐ, τὸ, cruor, *ſeu* pulverulentus ſanguis; *à* λύω, ſolvo: *quia ſolutis venenis, ſanguis elapſus* τῷ ϰρύει *fit cruor.*

269 Πεπαλαγμένος, η, ον, fœdatus, *præt. paſſ. à* παλάσσω, fœdo, ε. 100.

Εὐχεταάομαι, vota facio, preces fundo; *ab* ἐυχὴ, ῆς, ἡ, preces; εὐχεταάσθαι, *poët. pro* εὐχετᾶσθαι.

271 Θυέσσι, *poët. pro* θύεσι, *dat. plur. à* θύος, θύεος, τὸ, victima, hoſtia, *vel* ſacrificium; *item,* ſuffimentum: *à* θύω, ſacrifico; *hinc* θυόεις, όεσσα, όεν, ſuffimentis redolens.

275 Ἱερευσέμεν, ſacrificare, *fut. inf. Ion. pro* ἱερεύσειν.

281 Ὡς ϰεν, utinam.

285 Φαίην, exiſtimarim, 1 *ſing. præſ. vel aor.* 2. *optat. à* φημί.

Ἄλερπος, ϐ, ὁ ϰ᾽ ἡ, ingratus, injucundus, minime delectans; *eſt &* ἀτερπης, ές, ὁ ϰ᾽ ἡ, *idem,* τ. 354. *ab* α, *&* τέρπω, delecto.

288 Κηώεις, εσσα, εν, bene olens, *à* ϰαίω.

289 Παμποίϰιλος, ϐ, ὁ ϰ᾽ ἡ, varie pictus; *à* πᾶς, *&* ποιϰίλος, η, ον, varius.

291 Ἐπιπλωὶς, ſupernavigans, enavigans, navigans; *quidam à* πλῶμι *putant factum; alii per Apoc. pro* ἐπιπλώσας, ασα, αν.

292 Τὴν ὁδὸν, *ſubintelligitur* ϰαλά.

Εὐπαλέρεος, α, ον, claro patre nata, generoſa; *ab* εὐπάτηρ, *vel* εὐπάτωρ, *quod à* παλήρ.

294 Ποίϰιλμα, τος, τὸ, varius, *vel* verſicolor ornatus, variegatio; *à* ποιϰίλλω, variego, varie diſtinguo; *quod à* ποιϰίλος, η, ον.

300 Ἱέρεια, ας, ἡ, ſacerdos, *fœm. ab* ἱερεύς· *ſed* ἱερεῖον, *Ion.* ἱερήϊον, ϐ, τὸ, χ. 159. ovis quæ in honorem Dei mactatur.

301 Ὀλολυγὴ, ῆς, ἡ, τῶν γυναιϰῶν εὐχὴ, *Euſtath. vel* φωνὴ γυναιϰῶν, ἣν ποιεῖσθαι ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐχόμεναι, vox mulierum quam orantes edunt in templis, *vel ſimpliciter,* ejulatus, clamor cum lamentatione; *idem* ὀλολυσμὸς, ϐ, ὁ, *ab* ὀλολύζω, *Odyſſ.* γ. 450. cum clamore ploro, exclamo, ululo, *per Onomatop.*

305 Ἐρυσίπολις, ιος, ὁ ϰ᾽ ἡ, cuſtos urbis; *ab* ἐρύω, traho, cuſtodio, *&* πόλις, *poët. pro* πόλις, εως, ἡ, *Palladis Epitheton, poteſt etiam exponi,* quæ urbes vaſtat, & diſtrahit civitates; *nam* ἐρύω *ſignificat tum* ἑλκύειν, *quam* φυλάττειν.

306 Ἄξον, frange, 2 *ſing. aor.* 1. *imperat. verbi* ἄγω *vel* ἄγνυμι.

311 Ἀνανεύω, *fut.* σω, renuo, denego; ἐπινεύω, annuo.

316 Αὐλὴ, ῆς, ἡ, *hic* aula. *Vid.* δ. 433.

317 Ἐγγυθι, prope; *regit genit. poët. pro* ἐγγὺς, *idem.*

320 Πόρϰης, ϐ, ὁ, annulus, *ſeu* fibula, *cujus circumplexu haſtæ ferrum cum ligno coërcetur; à* πόρϰος, ϐ, ὁ, rete piſcatorium ex vitili contextum: *general.* omnia rotundæ & orbicularis formæ; *à* περιϰείμαι, *vel* περιέχω, *vel* πείρω.

321 Ἔπω, curo, tracto, *ſcribitur à quibuſdam cum tenui; ſed compoſita* μιδήπω, *&c. potius cum aſpero in hac ſignificatione ſcribendum demonſtrant;*

monſtrant; τεύχε· ἕπονλα, *id eſt (inquit Euſtath.)* ἀμφέπονλα καὶ περὶ ἀυλὰ πονέμενον· *ſignificat & ſequor, ſed tum uſurpatur potius* ἕπομαι, ἕπω *cum leni*, dico.

Ἁφάω, palpo, contrecto, tango; ἀφόωνλα, *poët. pro* ἀφῶνλα· *venit* 322
ab ἀφὴ, ης, ἡ, tactus; *quod ab* ἅπλομαι, tango; *ſed* ἀφαύω, ſicco, uro, inedia exareſco.

Δμωὴ, ῆς, ἡ, ſerva, ancilla; *à* δμὼς, ὼς, ὁ, τ. 333. ſervus; *eſt &* 323
δμωῒς, ſerva, *&* δμωὸς, ſervus, *&* δμωὸς, *Adject.* ſervilis; *à* δαμάω, domo, ſubjicio, *quaſi domitus ſervitute.*

Καλὰ, opportune, *hic. Adverb.* 326

Ἔνθεο, impoſuiſti, 2 *ſing. aor.* 2. *med Indic. Ionic. pro* ἐνέθεσον, *ab* ἐνλίθημι, concipio, impono, repono. *Vid.* δ. 410.

Ἀμφιδέδηα, *perf. med. à* δαίω, uro. *Vid.* β. 93. 329

Ἄνα. *Vid.* γ. 268. 331

Θέρω, calefacio, θέρομαι, calefio, uror, *ut hic*; *aut* calefacio me, *ut Odyſſ.* τ. 507. ἀσσοτέρω πυρὸς ἕλκετο δίφρον Ὀδυσσεὺς θερσόμενος, prope ignem traxit ſedem Ulyſſes calefaciendus, *vel*, ut ſe calefaceret; *à* θέρος, εος, τὸ, æſtas, meſſis; *niſi malis hoc à* θέρω, *derivari, quod eo tempore maximus calor vigeat*; *eſt &* θέρμω, σ. 348. *&* θερμαίνω, *Odyſſ.* ι. 376. calefacio; *à* θερμὸς, ἡ, ὸν, calidus, η. 426. *quod à præt. paſſ.* θέρω· θερέω *autem, Odyſſ.* ρ. 23. caleſco, calefio.

Συνίθημι, *hic*, animadverto, Σύνθεο, 2 *ſing. aor.* 2. *imperat. med.* 334
Vid. α. 75.

Νέμεσσις, εως, ἡ, indignatio, β. 223. *pro* νέμεσις, σ *geminatur po-* 335
ëtice.

Προτρέπω, ante me verto, propello, *item*, hortor; *hic vero*, cedo; 336
προτραπέσθαι, *aor.* 2. *inf. med.*

Ἐπαμείβω, *vel* ἐπαμείβομαι, alterno, alternatim quid facio, *ut hic* 339
aliquando permuto, νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας, alternis vicibus homi-nibus victoria accedit; ἀμείβω, *&* ἀμείβομαι, *idem.*

Μέτειμι, ſequor, poſt eo; *ab* εἶμι, eo. 341

Θύελλα, ης, ἡ, turbo, procella, *proprie* venti; *à* θύω, impetu fu- 346
ribundo feror, *&* εἰλέω, *quaſi ventorum complicatorum vis impetuoſa, aut potius à* θύω, *&* ἄελλα, *quaſi* θύουσα ἄελλα, furens turbo, *Metaph. dicitur, Od.* μ. 68. πυρός τ' ὄλοοῖο θύελλαι, ignis pernicioſi procella.

Προφέρω, *hic*, profero, aſporto, προφέρων, ουσα, ον, *part. præſ.*

Ἀπόερσε, *poët. pro* ἄπερσε, 3 *ſing. aoriſt.* 1. *quidam deducunt ab* 348
ἀπείρω, *compoſito ab* ἀπὸ, *&* εἴρω, *pro* φθείρω, corrumpo, *cujus futur. Æol.* ἔρσω, *aor.* 1. ἔρσα, *ſine augmento*; *alii autem ab* ἔῤῥω, *&* *dicunt* ἔῤῥω *dici Æolice pro* εἴρω (*ut* ἀρσενὸς, *pro* ἀρρενὸς) *idem quod* φθείρω· *alii denique componunt* ἔῤῥω *ab* ἔρα, *&* ῥέω. *Metaphora ducta à liquidis terræ affuſis, quæ ita pereunt, ut nunquam attolli poſſint*; ἔῤῥειν, *enim* eæ dicuntur res, quæ pereunt; *&* ἔῤῥειν *jubetur aliquis, id eſt*, abire in malam rem, *ut* θ. 164. *&* *dicitur* ἔῤῥειν, qui inauſpicato & cum malo fato venit, *ut* θ. 239. *&* qui ægre it, *vel* difficulter graditur, *ut* σ. 420. *de Vulcano claudicante*; ἀπόερσι, abreptum, *aut* deglutitum perdidit, merſit; ἀπέπνιξε, *vel* διέφθειρε.

349 Τεκμαίρομαι, molior, & machinor, ſtatuo, *ut hic, & Il.* η. 70. *aliquando* perficio, ad finem perduco, *ut Odyſſ.* η. 317. πομπὴν δ' ἐς τόδ' ἐγὼ τεκμαίρομαι, reductionem vero in hoc ego perficiam; *aliquando* prædico, prænuntio, conjicio, præſagio, *ut Odyſſ.* λ. 111. τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον, tum tibi prædico mortem; *legitur & cum infinitivo, Hymn. in Apoll.* 285. τεκμήραλο φοῖβος Ἀπόλλων νηὸν ποιήσασθαι, ſtatuit Phœbus Apollo templum facere; *eſt & τεκμαίρω*, certis ſignis oſtendo: *ſed non apud Homer. hinc* τεκμήριον, ιου, τὸ, ſignum indubitatum; *à* τέκμαρ, τὸ, finis; *item*, prodigioſum ſignum; *ſed apud Homer.* τέκμωρ, ſignum, α. 525. & finis, *Odyſſ.* δ. 373. ἵκελο τέκμωρ, pervenit ad locum deſtinatum, ν. 20. *ſumitur pro fine vel ſcopo in actionibus propoſito, ut* η. 30.

353 Ἐπαυρήσεσθαι, fruiturus, *fut.* 1. *med. verbi* ἐπαυρέω.

355 Σὲ φρένας, *pro* σῇ, *aut potius* σὲ κατὰ φρένας.

Ἀμφιβαίνω, *hic*, circumeo, *ideoque* invado; ἀμφιβέβηκεν, 3 *ſing. perf.*

356 Ἄτη, ης, ἡ, *hic*, injuria, *proprie* clades, nocumentum. *Vide* ι. 500.

358 Ἀοίδιμος, ος, ὁ ϗ ἡ, celebratus carminibus, decantatus; *tam in malam partem, ut hic, quam in bonam, ut Hymn. in Apoll.* 299. *de templo*; ἀοίδιμον ἔμμεναι αἰεὶ, ut celebre perpetuo eſſet; *ab* ἀοιδὴ, ῆς, ἡ, cantio; *quod ab* ἀείδω, cano.

362 Οἱ, *nomin. pluralis*; *ab* ὁ, ἡ, τό.

Οἷ, ſibi. *dat. ſing. ab* ὅς, οἵ, ἕ.

Οἳ, qui. *nomin. ab* ὅς, ἥ, ὅ, *relat.*

Οῖ, *circumflex. pro* ὅπου, ubi, ut, quandoquidem.

Οἴ, *Adverb.* hei.

367 Ὑπότροπος, ὁπου, ὁ ϗ ἡ, rediens, redux; *à* τρέπω.

373 Ἐφίστημι, ſiſto juxta, *ſed tam compoſita ab* ἵστημι, *quam* ἵστημι, *in aor. 2. & perf. habent neutram ſignif. adeo ut* ἐφειστήκει *ſit*, ſtetit, *vel* aſtitit; *eſt autem* ἐφειστήκειν, *pro* ἐφεστήκειν, *pluſq. perf. pleonaſmo literæ* ι.

Μύρομαι, lugeo, fleo, lamentor; *item*, fluo; *à* μύρω, fluo, ſtillo, fundo.

374 Ἔνδον, intus; *ab* ἐν, in.

376 Εἶδ', eja.

378 Εἰς γαλόων, ἢ εἰνατέρων, *ſubintelligitur* οἶκον.

Εἰνάτηρ, ερος, ἡ, fratria, *id eſt*, uxor fratris; *dicitur* παρὰ εὐνάζειν, cubare, *ut ſit quaſi* εὐνάτηρ, cohabitatione juncta; εἰνάτερες καλῶνται αἱ τῶν ἀδελφῶν γυναῖκες πρὸς ἀλλήλας, *ut Helena & Andromache.*

382 Εὐπλόκαμος, ος, ὁ ϗ ἡ, pulchros cincinnos, *vel* cirros habens, *ut* εὐπλόκαμος κόμη· *eſt & pulchram habens crinem*; *à* πλόκαμος, αμου, ὁ, longus crinis, coma, crines plexi & intorti, cirri, *vel* nodi crinium nexorum, ξ. 176. *idem* πλοκαμὶς, ῖδος, ἡ, & πλοκὰς, άδος, ἡ, *à* πλοκὴ, ῆς, ἡ, implicatio, *à* πλέκω, plico; *eſt & εὐπλοκαμῖδες ἀχαιοὶ, Odyſſ.* β. 119.

383 Ὀτρηρὸς, ρὰ, ρὸν, ſedulus, *Ante* α. 321.

Ταμίη, ης, ἡ, proma, diſpenſatrix; *à* ταμίας, ου, ὁ, diſpenſator, promus. *Vid.* δ. 84.

Πολύδωρος,

Πολύδωρος, ώρου, ὁ ἡ, multa donans, *hic*, qui ingentem dotem attulit ; *à* δῶρον, ου, τὸ, donum ; *eſt & proprium*, v. 407. & ω. 175. Πηλῆος θυγάτηρ καλὴ Πολυδώρη. 394

Ἀταλάφρων, ονος, ὁ ἡ, infans animo juvenilia, *vel potius* puerilia ſapiens, tenellus ; *ab* α, ταλάω, patior, & φρὴν, ενὸς, ἡ, animus ; *vel potius ab* ἀταλὸς, λὴ, λὸν, tener, juvenilis. 400

Ἀστυάναξ, κτος, ὁ, *nomen proprium filii Hectoris* ; *ab* ἄστυ, υος, τὸ, & ἄναξ, κτος, ὁ, *quia Hector pater princeps fuit civitatis Trojæ, & eam tuebatur ſolus, ut & addit Homerus ſequentibus verbis.* 403

Ἄμμορος, ὁρου, ὁ ἡ, expers ; *item* infelix, miſera ; δύσμορος, *ut hic, ab* α *priv.* & μέρος, εος, τὸ, pars, portio ; *plerumque* fatalis portio, fatum ; *aliquando* mors, *aliquando* infortunium ; & *geminatur* μ *poët.* 408

Κτανέουσιν, *Ion. Dialyſi, pro* κτανέωσιν, *fut.* 2. κτανῶ· *à* κτείνω. 409

Ἀφαμαρτάνω, aberro, privor, orbatus ſum, ἀφαμάρτων, ουσα, ον, *part. aor.* 2. 411

Θαλπωρὴ, ῆς, ἡ, fotus, fervor, ſolamen, lætitia, voluptas ; θάλπω, foveo, calefacio, *Odyſſ.* φ. 179. *eſt & Ion. pro* θαλπιῶν, *à* θαλπιάω, *Odyſſ.* τ. 319. *hinc proprium* Θάλπιος, ίου, ὁ, β. 620. *dicitur autem* θάλπω, *quaſi* θάλλειν ποιῶ. 412

Ἀμὸς, *Dor. pro* ἐμὸς, ὴ, ὸν, *vel potius* ἡμέτερος. 414

Κατέκηε, *aor.* 1. *verbi* καλακαύω, *vel potius* καλακαίω, *à* καίω, uro, *fut.* καύσω, *aor.* 1. ἔκηα, *cujus generis ſunt*, χέω, *aor.* 1. ἔχεα, *vel* ἔχευα· ζεύω, *aor.* 1. ἔσευα· ἀλεύω, *aor.* 1. ἤλυα, *ſublata futuri conſonante* ; *hinc* καλακήομεν, η. 333. & καλακηέμεν, η. 408. *Ion. pro* καλακῆαι, *in infin. pro quo* κακῆαι, *Odyſſ.* λ. 74.

Φυλεύω, *fut.* σω, planto ; *à* φύω, gigno ; ἐφύτευσαν, 3 *plur. aor.* 1. 419

Πτελέα, ας, ἡ, ulnus, *quaſi* πελάλεα, *à* πέταλον, folium.

Ἴος, ἴα, ἴον, ſolus, unus, *ab* εἷς, unus. 422

Εἰλίπους, οδος, ὁ ἡ, vertens & curvans pedes eundo ; *ab* εἰλύω, & πῦς, *boves dicuntur* εἰλίποδες, *quia* εἰλίσσουσι τὰς πόδας καλὰ τὴν πορείαν. 424

Θαλερὸς, ρὰ, ρὸν, floreſcens ; *itaque pro juvene ſumitur* ; *aliquando* tener ; *à* θάλλω, germino. 430

Ὀρφανικὸς, ὴ, ὸν, pupillaris, ad pupillum pertinens ; *aliquando idem quod* ὀρφανὸς, ὴ, ὸν, orphanus, pupillus, *id eſt, qui caret parentibus ſuis, & deſtitutus auxilio aliorum, ab* ὀρφνὸς, *id eſt,* ζοφεινὸς, *eſt enim* ὀρφανὸς *quaſi in* ζόφῳ ὤν, *vel quaſi* ὀιοφανὸς, *ab* οἷος, ſolus, & φαίνομαι, appareo ; *orphanus enim eſt* ὁ μόνος φαινόμενος καὶ γονεῖς μὴ ἔχων. 431

Ἐρινεὸς, οῦ, ὁ, caprificus, ficus ſylveſtris ; ἀπὸ τοῦ ἐρίζω, contendo ; *arbor enim contentioſa in muros aſſurgit*, Coulon. 433

Ἀμβαθὲς, υος, ὁ ἡ, cui datur aſcenſus, qui aſcendi poteſt, aſcenſilis ; *ab* ἀνὰ, & βαίνω· *hic de urbe dicitur*, *Odyſſ.* λ. 315. *de cælo.* 434

Ἐπιδρομος, ου, ὁ ἡ, acceſſu facilis ; planus, expoſitus incurſionibus ; *ab* ἐπιδρομὴ, ῆς, ἡ, incurſus, *ab* ἐπιτρέχω, percurro ; τρέχω *format tempora ab inuſitato* δρέμω.

Ἀμφ' Αἴαντε δύω, κὼ, *&c. id eſt*, Ajaces ; *nam* οἱ ἀμφὶ, *aliquando ſignificat iſtam primariam perſonam ſolam, quam regit poſt ſe in accuſativo* ; οἱ ἀμφὶ Πρίαμον, *id eſt*, Priamus ; οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα, *id eſt*, Orpheus, &c. *Sic hic, & in ſequentibus verbis* ; οἱ ἀμφὶ Ἀτρεΐδας, 436

id

id est, Atridæ; *aliquando hoc phrasi denotatur & homo & comitatus ejus.*

Ἧπυ, five.

442 Αἰδέομαι, *hic*, vereor.

Ἑλκεσίπεπλος, υ, ὁ ϗ ἡ, veſtem trahens, quæ peplum geſtat fluxum, & longum; *à* πέπλος, υ, ὁ, & ἕλκω, traho.

443 Ἀλυσκάζω, vito, devito, *ab* ἀλύσκω, *idem.*

444 Μάθον, didici, 1 *ſing. aor.* 2. *Ion. pro* ἔμαθον, *à verbo* μανθάνω.

449 Ἐϋμμελίω, *gen. ſing. ab* εὐμελίας, υ, *Ion.* ίω, ὁ, fraxineæ haſtæ peritus, μ *poët. geminato, ex* ἐϋ, & μελία, ας, ἡ, fraxinus.

458 Ἀεκάζω, cogo; *ab* α *privat.* & ἑκὼν, *genit.* όντος, voluntarius; *at* ἀεκαζόμενος, ένη, ενον, invitus.

463 Χῆτος, εος, τὸ, privatio, orbitas, viduitas, indigentia; *hinc* χητίζω, indigeo, deficio; *à* χατέω, egeo, indigeo.

Δέλιος, ίη, ὁ ϗ ἡ, ſervilis; *à* δῶλος, υ, ὁ, ſervus.

464 Χυτὸς, ὴ, ὸν, foſſitius; χυτὰ γαῖα, terra quæ ex ſepulchris aut foſſis effoditur, qua mortui, aut quodcunque ſepelitur, obruitur; *à* χέω, e terra fuſili educo, *vel* terra aggeſta extruo; *vel* γῆν ἐπιχεῖν τοῖς τεθνεῶσι, *id est*, ſepelire, humare, *ut Iliad.* ψ. 256. χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν· & *Odyſſ.* γ. 258. θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν.

Τεθνειὼς, *per Syncop. pro* τεθνεικὼς, *hoc autem Bœot. pro* τεθνηκὼς, υῖα, ὸς, *à* τέθνηκα, *Iliad.* σ. 12. *præt. verbi* θνήσκω. *Obliqui autem hujus participii* τεθνειὼς, *apud Homer. modo per* ω, *ut hic*; *modo per* ο, *ut Odyſſ.* ω. 56. *ut metrum poſtulat, efferuntur*; *eſt &* τεθνειῶτι, *Odyſſ.* τ. 331. *idem accidit in* τεθνηὼς, *niſi magis placeat, ut* τεθνειὼς, *ſit dictum poët. pro* τεθνεὼς, *hoc autem per Epentheſin τοῦ* ε, *pro* τεθνὼς, *hoc autem per Syncop. Attic. pro* τεθναὼς, *vel* τεθνηὼς, *quorum prius dicitur Ion. pro* τεθναϰὼς, *poſterius pro* τεθνηϰὼς, *à* τέθνημι, *ut* ἑστεὼς, *ab* ἵστημι. *Vid.* γ. 102.

474 Κύω, & κυέω, *fut.* ήσω, utero geſto, ſum gravida; *item* oſculor, *ut hic*, *Odyſſ.* ω. 5. *ubi* κύσσε, *poët. pro* ἔκυσε, *à* κυέω, in utero geſto, τ. 117. & ψ. 266. *à* κύω, oſculor, *venit* κυνέω, *idem*, *Odyſſ.* δ. 522.

Πῆλε, 3 *ſing. aoriſt.* 1. *ſine augmento, à* πάλλω, vibro; *aliquando* libro.

477 Ἀριπρεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, valde decens, illuſtris; *ab* ἄρι, valde, & πρέπω.

482 Βρολόεις, όεσσα, όεν, ſanioſus, cruentus, cruore reſperſus; *à* βρότος, υ, ὁ, cruor; *hinc* βρολόω, *fut.* ώσω, inficio cruore. *Odyſſ.* λ. 41. βεβρολωμένα ταύχε', cruenta arma; *ſed* βρότειος, ε, ὁ ϗ ἡ, humanus, *ſeu* mortalis, *Odyſſ.* τ. 545. *quod à* βροτὸς, ὸν, mortalis.

484 Δακρυόεις, εσσα, εν, ὁ, lachrymans; *hic* δακρυόεν, *Adverb.* lachrymis effuſis.

Νοέω, *fut.* ήσω, intueor, *hic.*

486 Ἀκαχίζω, triſtitia afficio; ἀκαχίζεο, 2 *ſing. imperat. paſſ. Ion. pro* ἀκαχίζου, *eſt &* ἀκάχω, θ. 207. & ἀκαχέω, *vel* ἀκάχημι, μ. 179. *idem*; *ab* ἄχος, εος, τὸ, *cum reduplic. Attic.*

488 Πεφυ⌈μένος, η, ον, *pro* πεφευ⌈μένος· *à* φεύγω.

491 Ἠλακάτη, ης, ἡ, inſtrumentum quoddam mulierum nentium, circa quod lanam & linum volvunt, colus; *item*, machina in ſummis navigiorum;

navigiorum ; *in plur.* ἡλάκαΐα, *neut.* fuſus, lanæ colui circumvolutæ, fila, ſtamina, *Odyſſ. ζ.* 53. *ab eodem* ἡλικάτη, *quod, ſecundum quoſdam, eſt* quædam machina piſcatoria ; *derivatur* ἡλακάτη, *ab* ἐλάω, agitor ; *vel potius ab* ἡλάσκω, vagor, errabundus circumeo.

Ἐλροπαλίζω, reſpecto, reflecto inter eundum ; *à* τροπαλίζω, *idem* 496
quod τρέπω, verto.

Σεύαλο, properabat, 3 *ſing. aor.* 1. *med. ab* ἔσευα, *à* ζεύω. 505

Στατὸς, ὴ, ὸν, ſtans, qui diu ſtat ; ϛατὸς ἵππος, equus qui in ſta- 506
bulo continetur, *ut hic, & o.* 263. *hinc* ϛατίζομαι, ſto.

Ἀκοϛέω, *fut.* ήσω, hordeo ſaginor, paſcor ; *ab* ἀκοϛὴ, ῆς, ἡ, hordeum.

Κροαίνω, pulſo pedibus, laſcive ſalto, *ut hic, pro* κρηαίνω· *à* κρέω, 507
pulſo.

Κυδιάω, glorior, ſuperbio, κυδιάων, άουσα, άον, *& poët.* κυδιόων, 509
à κῦδος, εος, τὸ, gloria.

Ἀγλαία, ας, ἡ, *Ion.* ἀγλαίη, ſplendor, pulchritudo ; *ab* ἀγλαὸς, 510
ὴ, ſplendidus ; *quod ab* αἴγλη ſplendor, & ornatus ; *dicitur autem* αἴγλη, ης, ἡ, *quaſi* ἐφ' ᾗ τις ἀγάλλεται, quo quis ornatur ; *vel,* παρὰ ἄγαν ἄλλεσθαι, *quia ſplendida micant, & ſalire videntur.*

Ἦθος, εος, τὸ, *unde plur.* ἤθεα, ἤθη, *proprie* ſedes conſuetæ, locus 511
conſuetus, *item,* domicilium, manſio, locus natalis : *item,* mos, conſuetudo, indoles ; *ab* ἔθος, *atque pro eo ſæpe uſurpatur.*

Ἠλέκλωρ, ορος, ὁ, ſol, *apud Homer. ab* ἄλεκλρος, ὸ, ὁ ϰ ἡ, lecto 513
carens : *quia ſol e lectis diſcedere cogit ; vel, quia ipſe eſt* ἄλεκλρος, *id eſt,* ἀκοιμήτως εἰλύμενος· ἠλέκλρον, ὸ, τὸ, electrum, *Odyſſ. δ.* 73.

Καγχαλάω, cachinnor, lætor, geſtio, exulto ; *idem* καγχάζω, 514
vox facta per Onomatop. καϫχαλόωσι, *pro* καγχαλῶσι.

Ὀαρίζω, loquor, *proprie* cum mulieribus muliebriter garrio ; *vel,* 516
colloquor familiariter ſicut cum conjuge ; *ab* ὄαρ, ρος, ἡ, uxor, *v.* 327.

Ἠθεῖε, *allocutio, ſeu vox junioris ad ſeniorem reverentiæ cauſa,* 518
videlicet, digniſſime, venerande. *Odyſſ. ξ.* 147. ἀλλά μιν ἠθεῖον καλέω, voco illum divinum hominem ; θεῖον ἄνδρα θαυμαϛὸν ἄγαν, πρεσβύτερον ἄδελφον, *ſic Didym. à* θεῖος, *pleonaſmo* τῦ η, *ut* ἐβαιὸς, *pro* βαιός.

Ἐναίσιμον, *Adv. hic,* opportune, commode, *pro* ἐναισίμως. *ab* ἔν- 519
αίσιμος, ὸ, ὁ ϰ ἡ, *quod pro diverſa primitivi* αἶσα *ſignificatione, diverſe ſignificat,* idoneus, æquus rerum æſtimator ; *ſignificat etiam,* fatalis, fatale portendens : *item,* qui decenter facit aliquid : *item,* recti amans ; *ab* αἶσα, ης, ἡ, fatum, parca, ſors, pars, officium, *ut prius dictum eſt.*

CLAVIS HOMERICA

In H. ILIADIS.

1 Πυλέων, *Ion. pro* πυλῶν, januarum, *gen. pl. Ion.* πύλη, ης, ἡ.

2 Κί', accurrit, 3 *ſing. imperf. Ion. pro* ἔκιε, *verbi* κίω.

5 Ἐλάτη, ης, ἡ, remus, *hic. Vid.* ε. 560.

9 Κορυνήτης, ε, ὁ, clavator, *vel*, qui clava pugnat; *à* κορύνη, ης, ἡ, clava, virga capitata, η. 141.

12 Στεφάνη, ης, ἡ, *hic*, quædam ſpecies galeæ eminentias habentis, *ſed ſignificat* quamvis eminentiam, ν. 138. καλὰ στεφάνης, *de ſummo vel cacumine montis.*

15 Ἐπιάλμενος, *pro* ἐπιαλλόμενος, ένη, ενον, *hoc autem poëtic. pro* ἐφαλλόμενος· ἐπὶ *poët. ſuam ſervat vocalem, & Æolice vertitur aſpirat. in tenuem, per Syncop. ab* ἄλλομαι.

Ἐπίσταμένως, scite; *ab* ἐφίστημι. 267

Πῖλος, ου, ὁ, pileus.

Ἐρωδιὸς *seu* ἐρωγὰς, avis species, *videlicet* ardea, *seu* ardeola: *quasi* 274
ἑλωδιὸς, *ab* ἕλος, εος, τὸ, palus; *quia in paludibus plerumque versatur, secundum quosdam, quasi* ἐρωιδιὸς, avis Veneri sacra.

Σπεῖο, *Ion. pro* σπῦ, 2 *sing. aor.* 2. *med. imper.* ἀ σπόμαι, *pro* ἔσπο- 285
μαι, *seu* ἕπομαι.

Μήσαλο, *pro* ἐμήσαλο· ἀ μήδομαι, *hic*, struo, perpetro; *hinc* μήσαο, 289
pro μήσω, ξ. 253. & μήσεαι, *pro* μήσῃ, *Odyss.* λ. 473.

Πρόφρασσα, prompta, benevola, propensa; ἀ πρόφρων. 290

Εὐρυμέτωπος,

292 Εὐρυμέτωπος, ἰώπᾳ, ὁ ἡ ἡ, latæ frontis, latam frontem habens; *bovis epithet. ab* εὐρὺς, εῖα, ὺ, latus, & μέτωπον, ᾳ, τὸ, frons; *quod ab* ὤψ, ὀπὸς, ὁ, oculus, vultus.

298 Νέκυες, *interdum dicitur de* defunctorum corporibus, cadavera; *aliquando* defunctorum manes, *Odyſſ.* λ. 290. *à* νέκυς, υος, ὁ.

305 Ἐριαύχην, ενος, ὁ ἡ ἡ, cervicem elatam & arduam habens; *ab* ἔρι, & αὐχήν. *Ante* ε. 147.

324 Ἀπὸ δόξης εἶναι, opinionem fruſtrari.

329 Ἴσω, *per Syncop. pro* ἰσάτω· *ab* ἴσημι, ſcio.

331 Ἀγλαϊεῖσθαι, *Attic. pro* ἀγλαίσεσθαι, orno, decoro, illuſtrem facio; *ab* ἀγλαΐζω, *in quo*, & *aliis ejuſdem generis in* ίζω, *in fut.* 1. *Attici tollunt* σ. & *ultimam circumflectunt: medium autem* -ίσομαι, *mutant in* ιεῦμαι, ίσεσθαι, *infin. in* ιεῖθαι· *ab* ἀγλαὸς, ὰ, ὸν, ſplendidus.

332 Ἐπίορκον, *Adv.* pejerando; *ab* ἐπίορκος, ᾳ, ὁ ἡ ἡ, perjurus; *quod ab* ὅρκος, ᾳ, ὁ, jusjurandum.

Ὀροθύνω, *idem quod* ὄρω, *ex eoque factum.*

335 Κτίδεος, *per Aphær. pro* ἰκτίδεος, η, ον, muſtelinus, è muſtela confectus; *à* κτὶς, ίδος, ἡ, *per Aphær. pro* ἰκτὶς, muſtela; *hic autem* κτίδεος, è pelle muſtelina confectus.

339 Φράζομαι, *f.* σομαι, *aliquando* animadverto, *ut hic.*

346 Παραφθαίησι, 3 *ſing. opt. aor.* 2. *à* παραφθάνω, præcurro, prævenio; *à* φθάνω, *fut.* φθάσω, *aor.* 2. ἔφθην, *quaſi à* φθῆμι.

347 Προτιειλεῖν, propellito; *à* προϊειλέω, *pro* προσειλέω· *ab* εἰλέω, verto.

351 Ἀπέην, *poët.* ἀπὴν, aberat.

Ἔπίουρα, τὰ, intervalla, *Ion. pro* ἐπίορα· *ab* ὅρος, ᾳ, ὁ, terminus; *factum ex eo ſingulari* ἐπίουρος; *per Metaplaſm. ut tradit Euſtath.* ἐπίουρος, cuſtos, ν. 450. *ab* οὖρος, ᾳ, ὁ, *idem.*

352 Προφερὴς, προφερέστερος, προφερέσταλος, præſtans; *aliquando* provecta ætate; *à* προφέρω, præſto.

353 Ἄροτρον, ᾳ, τὸ, aratrum; *ab* ἀρόω.

357 Δυρηκεκὴς, έος, ὁ ἡ ἡ, tantum intervallum continens, quantum haſtæ jactus; *ab* ἠκεκὴς, ίος, ὁ ἡ ἡ, longus, & δόρυ, αλος, τὸ, haſta.

Ἐλάσσων, *ſeu* ἐλάττων, minor, *compar. à* μικρὸς *communiter, ſed proprie ab* ἐλαχὺς, εῖα, ὺ, parvus.

360 Καρχαρόδους, όντος, ὁ ἡ ἡ, acutos habens dentes; *à* κάρχαρος, ᾳ, ὁ ἡ ἡ, aſper, & ὀδὰς, άντος, ὁ, dens: κάρχαρος *autem à* χαράσσω, ſculpo.

361 Κεμὰς, άδος, ὁ, hinnulus cervi: *quaſi* ἀπὸ τῦ κοιμᾶσθαι· *quod adhuc in ſpelunca cubat, nec ſe committere ſylvis audet.*

Λαγωὸς, ῦ, ὁ, lepus; *à* λὰ, *epitat.* & ὖς, ὠτὸς, τὸ, auris; *ab* ὖας, αλος, τὸ, *idem; nam lepus perlongas habet aures; vel, à* λάειν, *id eſt,* βλέπειν, *lepus enim (ut aiunt) dormit apertis oculis.*

Ἐμμενὴς, έος, ὁ ἡ ἡ, permanens, *ſeu* conſtanter manens; ἐμμενὲς *etiam aliquando ſubſtantive, pro* conſtantia; *aliquando adverbialiter,* conſtanter, indeſinenter; *à* μένω, maneo.

364 Ἀποπλημύσσω, *vel* ἀποπλημύγω, *fut.* ξω, abſcindo, divido; *à* τμήσσω, ſeco, ſcindo: *quod à* τέμνω, *idem.*

375 Βαμβαίνω, inarticulate loquor; *item,* dentes quatio, præ metu, *ſeu* crepito dentibus, *ut hic; à* βάζω, *ducta à pedibus ſignificatione.*

Καλὸς

Καλαθύμιος, ία, ὁ ἡ ἡ, quicquid in animo verſatur; *item*, animo placens; *à* θυμός. 383

Ἐσχάρα, ας, ἡ, focus, *Od.* ζ. 52. *hic autem* ἐσχάραι πυρὸς *vocantur* ipſæ domus, *ſeu* qui in domibus habitant; *hinc* ἐσχαρόφιν, *Od.* ε. 59. *poët. pro* ἐσχάρα. 418

Δαείω, *pro* δαίω, diſco, doceor, intelligo; *hinc* δαείης *in ſubjunct. Hymn. in Merc.* 562. 425

Νέηλυς, δος, ὁ, qui nuper, *ſeu* qui recens advenit; *à* νέος, ἔα, ἔον, & ἔρχομαι, *quaſi* ὁ νεως τὶ ἐληλυθώς. 434

Ἧσκεῖαι, 3 *ſing. præt. paſſ. à verbo* ἀσκέω, exerceo; *item* elaboro, concinno; *quod ab* ἀσκὸς, οῦ, ὁ, uter: *nam, ut tradunt quidam, proprie de iis, qui uteres conficiunt, enunciatur. Metaph. etiam de reliquis artibus mechanicis.* 438

Εἶσθα, *Æol. pro* εἶς, 2 *ſing. præſ. ab* εἶμι, vado, *cujus præſ. ſæpe pro futuro uſurpatur; ut hic, quod etiam prius dicitur.* 450

Ἐναντίος, ία, ὁ ἡ ἡ, adverſarius, *quaſi diceret*, vim & potentiam contrariam habens; ἐναντίον *etiam aliquando adverbialiter*, adverſus, contra; *ab* ἀντίος, adverſus, contrarius; *quaſi* ἐναντίαν βίαν ἔχων· *vel*, ἐναντιώμενος τῇ βίᾳ. *Vid.* α. 277. 451

Κέρσε, *Æol. pro* ἔκειρε, 3 *ſing. aor.* 1. *verbi* κείρω, *fut.* κερῶ, *aor.* 1. ἔκειρα, tondeo. ψ. 146. *item*, ſcindo, *ut hic*; *Odyſſ.* σ. 143. deripio, abſumo; κλήματα κείρυσθαι. 456

Λητῖτις, ιδος, ἡ, prædatrix. *Epitheton Minervæ*; *à* λητὶς, ιδος, ἡ, *ante*, ι. 138. 460

Τοῖσδε, *ut* ὅδε, *ſed per appoſit. ſyllabæ* ϛι, τοῖσδεσι, *geminato poët.* σ, τοῖσδεσσι, *in quo retinetur circumflexus in antepenultima, non ex lege, ſed quia particula* δέσσι, *articula* τοῖς *quaſi enclytica adjungitur.* 462

Ἐπιϐωσόμεθα, invocabimus, *per contractionem, ex* ἐπιϐοησόμηθα· *à* ϐοάω· *ſic* ϐώσανλι, μ. 336. *pro* ϐοήσανλι. 463

Δέελον, *pro* δῆλον, manifeſtum, *ut hic: quod à* δήω, invenio; τὰ γὰρ πρόσθεν ῥᾳδίως εὑρίσκονται, manifeſta ſunt facile invenienda. 466

Δόναξ, ακος, ὁ, arundo, *ut hic:* calamus ſcriptorius; *à* δονέω, agito, *quod facile à ventis agitatur*; & *quia ex arundinibus factæ ſunt ſagittæ, ideo* δόναξ *etiam* ſagittam *ſignificat*, λ. 583. *hinc* δονακῆα, σ. 575. *Ion. pro* έα· *à* δονακεὺς, έως, ὁ ἡ ἡ, arundinoſus. 467

Ἐπιδιφριὰς, άδος, ἡ, locus quidam in curru, currus circumferentia ad extremam currus partem, unde religabantur equi jugo ſoluti; ἐπιδίφριος, ία, ὁ ἡ ἡ, qui ſedet, *aut* ponitur in curru; *aliquando* otioſus, *vel* effeminatus, *Odyſſ.* ο. 51. δῶρα φέρων ἐπιδίφρια θείη, dona ferens in currus ponat; *à* δίφρος, ου, ὁ, locus in curru, currus, ſella. 475

Δέδειλο, *à* δεδέμην, 3 *plural. pluſquamperfect. paſſ. verbi* δέω, *irregulariter* ε *pro* η· *nam futurum facit* δήσω *in activ. eodem modo* δέδειλο, ε. 387.

Μέλεος, έα, εον, vanus, inanis, ſtultus, nihil efficiens, infortunatus; μίλεον *etiam adverb.* incaſſum, otioſe. 480

Ἀεικὴς, έος, ὁ ἡ ἡ, *hic*, fœdus, durus; *vel* aſper. *Vid.* α. 341. 483

Ἄορ, ορος, τὸ, enſis; *ab* ἀείρω, tollo. 484

Ἐρυθραίνω, & ἐρυθαίνω, rubefacio: *ab* ἐρυθρὸς, ὰ, ὸν, ruber; *quod ab* ἔρευθος, εος, τὸ, rubor.

Ἀσήμαντος, ος, ὁ ἡ, rectore carens, cui nemo præeſt, & τὰ ἀσήμαντα μῆλα, oves carentes ſigno, *id eſt*, non cuſtoditæ; *ab* ἄσημος, cui ſignum, *ſeu* nota non eſt impreſſa, *per conſequens*, obſcurus, ignobilis; *ab* α *privat.* & σῆμα, τος, τὸ, ſignum.

Ἀήθεσσον, *pro* ἠήθεσσον, *euphon. gr. ab* ἀηθέσσω, *pro* ἀηθέω, inſuetus ſum; *ab* α *privat.* & ἦθος, εος, τὸ, mos.

Ἧειρα, *pro* ἔ̓ρα, *pleonaſmo* τῦ η, *ab* ἔ̓ιρω, necto; *vel ab* ἀείρω, ſimul necto; *ab* α *idem quod* σὺν, & ἔ̓ιρω.

502 Ῥοιζέω, *ſeu* ῥοιζῶ, *fut.* ήσω, ſtridorem edo, ſtrido, latro; *à* ῥοῖζος, ου, ὁ, ſtridor; *factum eſt per Onomatop. ad imitationem ſoni literæ* ρ, *ut* σίζειν, *ex ſono literæ* σ. ξέειν, *ex* ζ. βόμβος, *ex* β, *ſecundum Euſtath. eſt autem* ζέω, ferveo, bullio, *propter priorem rationem*; *eſt* σίζω, talem ſonum edo, qualis fit ex ferro ardenti in aquam dejecto, *ob priorem rationem*, & βόμβος, ου, ὁ, ſonus, quem edunt apes.

515 Ἀλαοσκοπία, ας, ἡ, cæca ſpeculatio; σκοπὸς, ὃ, ὁ, ſpeculator, explorator; *quod à* σκέπτομαι, circumſpicio, inviſo, viſito. *Metaph.* video, ſpeculor, conſidero, perpendo, & ἀλαὸς, ὃ, ὁ ἡ, cæcus, luſcus: *quod ab* α *privat.* & λάω, video; *aliquando* volo; *vel, ab* ἀλάομαι, erro, vagor.

519 Ἀνεψιὸς, ὃ, ὁ, conſobrinus, filius fratris *vel* ſororis; παρὰ τὸ ἀνῆφθαι, *quod eſt*, ſurſum attingere: *quaſi* ὁ ἄνωθεν ξυνημμένος εἰς τὴν ξυγγένειαν, attingens aliquem conſanguinitate è ſummo deducta.

522 Ὤμωξα, *aor.* 1. *ab* οἰμώζω.

523 Κυδοιμὸς, ὃ, ὁ, turba, tumultus; παρὰ τὸ κύειν δείματα, *ſive* οἴδματα, quod timorem inducat; *hinc* κυδοιμέω, turbas excito, λ. 324.

526 Ἕκλαν, occiderunt, *per Syncop. pro* ἔκλησαν, *à* κλῆμι *aliquando* occido; *vel* ἔκλαν, *à* κλείνω, *aor.* 2. ἔκλανον, *per Apoc. poët.* ἔκλαν· ἔκλαν' *vero* σ. 456. *pro* ἔκλανε.

532 Κτύπος, ου, ὁ, ſonitus, ſtrepitus, *proprie*, qui pulſu cietur; *à* κλυπέω, η. 479.

547 Ἀκτῖν, ῖνος, ἡ, radius ſolis; *ab* ἄγω, fero: *quia radii ſolis omnia permeant, & quacunque feruntur*; *vel ab* ἄ̓ίσσω, ſalio; *quia ſalit cum impetu radius.*

568 Ἱππειος, εία, ον, equeſtris; *ab* ἵππος, ου, ὁ, equus.

572 Ἱδρὼς, ῶτος, ὁ, ſudor; *apud poët. in dat. & accuſat.* ἱδρῶ, *per Apoc. pro* ἱδρῶτι, ἱδρῶτα, *ut hic*; *ab* ἷδος, εος, τὸ, *idem: quaſi* ὕδος, *ab* ὕδωρ, *mutato ſpiritu cum prima litera.*

Νίζω, *lingua Tarentinorum, pro* νίπτω· *proprie de manibus dicitur*, lavo, *ut hic*; *hinc* ἀπονίζω.

573 Ἐσβάντες, *pro* εἰσβάντες, *aor.* 2. *part. à* βαίνω.

575 Ἀνέψυχθεν, *pro* -θησαν· *hic intellige per Synec.* καὶ ἦτορ.

576 Ἀσάμινθος, ου, ὁ, ſolium balneatorium, pelvis; *fit* παρὰ τὸ ἄσω μινύθειν, à ſordibus diminuendis, *id eſt*, eluendis; ἄ̓σις, ιος, ἡ, *vel* ἄ̓ση, ης, ἡ, ſordes, limus, *aliquando* moleſtia.

577 Λοέσσαν, *aoriſt.* 1. *act. carens augmento, & geminato* σ. *poët. pro* ἐλόεσαν· *hinc* λοεσσάμενος, η, ον, & λοέσσαι, *pro* λοίσαι, *à* λοέω, *ſeu* λόω, *quod ponitur pro* λώω, *idem.*

Λίπτ, *pro* λιπαρὸς, ὰ, ὸν, *ſeu* λιπαρὸν, pinguis: *indeclinabile ut hic.* Ἔλαιον, ᾰ, τὸ, oleum; *ab* ἐλαία, ας, ἡ, oliva arbor.

Clavis Homerica

In Λ. Iliadis.

Τιθωνὸς, ῦ, *Ion.* οῖο, ὁ, *filius Laomedontis, ab Aurora adamatus, &* 1
in virum electus.

Ἔρις, ιδος, ἡ, contentio, *item,* dea contentionis auctor; *in qua ſig-* 3
nificatione deducunt ab εἴρω· παρὰ τὸ εἰς μάχην εἴρειν, *id eſt,* ζυμπλέκειν.

Ὄρθια, τὰ, *Adverb. hic uſurpatur; ab* ὄρθιον, ᾰ, τὸ, carmen, quod 11
voce ſublatiſſima cantatur, claſſicus cantus; *vel, ab* ὀρθιος, ία, ιον, recta in altum tendens; *ab* ὀρθὸς, ὴ, ὸν, rectus.

Οἶμος, ᾰ, ὁ *vel* ἡ, via, ſemita; *ab* οἶμη, ης, ἡ, *idem; à futuro* οἴσω, 24
quod per eam ferant; vel, ab οἰμάω, *&* οἰμάω, impetu feror in aliquem, *proprie,* recta via; *vel,* ſimul ingredior, χ. 140. *eſt &* οἶμος, virga; *ſunt qui hic ita exponunt.*

Κύανος, ῦ, ὁ, color cæruleus; *eſt &* lapis, *ſeu* ſuccus in metallis cærulei coloris, *ut hic; hinc* κυανόπεζα, ης, ἡ, de menſa; λ. 628. κυανόπρωρος, ᾰ, ὁ ϗ ἡ, de nave, ο. 693. *&* κυανοπρώρειος, ᾰ, ὁ ϗ ἡ, *Od.* γ. 299. *&* κυανοχαίτης, ᾰ, ὁ ϗ ἡ, de equo, ν. 563. *&* κυανῶπις, ιδος, ἡ, de Amphitrite, *Od.* μ. 60.

Κασσίτερος, *& Attic.* κατ͡τίτερος, ᾰ, ὁ, ſtannum, plumbum album; 25
à κάσσα, ης, ἡ meretrix; *ſtannum videtur eſſe argentum, nec eſt, Harm.*

Ὀρωρέχαιο, *tertia perſona plur. pluſquamperf. paſſ. Ion. pro* ὀρωρεγ- 26
μένοι ἦσαν, *ab* ὀρέγω, porrigo, extendo; *fut.* ὀρέξω, *præt.* ὤρεχα, *Att.* ὀρώρεχα, *&c.*

Ἴρισσιν, *pro* ἴρισι· *ab* ἶρις, β. 786. 27

Ἀορλὴρ, ῆρος, ὁ, lorum, *ſeu* funis, quo enſis appenditur, ſeu theca, 31
in qua reconditur; *fit ab* αἴρω· *hinc* ἀρλὴρ, *& pleonaſmo τῦ* ο, ἀορλήρ· *vel, quaſi* ἄορα τηρῶν· *ab* ἄορ, enſis, *&* τηρέω, ſervo; *à plur. nom.* ἀορλῆρες, *addendo* σι, *dat. poët. fit* ἀορλήρεσσι.

Βλοσυρωπὸς, ὴ, ὸν, terribilis aſpectu; *ab* ὄψ, οπὸς, ἡ, *&* βλοσυρὸς, ὰ, 36
ὸν, terribilis aſpectu, truculentus; *accipitur in bonam partem; hinc* βλοσυρῶπις, ιδος, ἡ, *hic, idem. Vid.* η. 211.

Ἐλέλιχτο, *pluſquamperf. ab* ἑλίσσω, *cum reduplicatione, pro* ἠλήλιχτο, 39
pro ἤλιχτο· *vel potius pluſquamperf. paſſ. verbi* ἑλελίζω, torqueo, *ſine augmento.*

Ἀμφιστεφὴς, ές, ὁ ϗ ἡ, utrinque coronatus; *item,* undique plenus; 40
ab ἀμφὶ, *&* στέφω.

Ἐκπεφυυίαι, *part. præt. med. ab* ἐκφύομαι, enaſcor; *à* φύω, gigno, produco.

50 Ῥώοντ', *pro* ἐῤῥώοντο, *ab inuſitato* ῥώομαι, *proprie*, quatior; *aliquando* feſtinanter, & cum impetu feror, *ut hic*; *à* ῥώννυμι, confirmo.

Ἠῶθι, *Adverb.* in aurora; ἠῶθι πρὸ, ante auroram.

51 Φθὰν, *Bœot. pro* φθῆσαν, *pro* ἔφθησαν, prævenerunt, *à* φθάνω.

52 Μεταχιάθω, mutato loco abeo, abeo inde ad, inſequor; *à* κίω, vado, eo.

53 Ἔερση, *pleonaſmo* τῦ ε, *pro* ἕρση, *ſeu* ἔρση, ης, ἡ, *cum aſpero*, ρος; *fit quaſi* ἄρση, *ab* ἄρδω, irrigo; *vel*, παρὰ τὸ τὴν ἔραν δεύειν, quod terram imbuat; *hinc* ἐρσήεις, εσσα, εν, roſcidus, ω. 757.

54 Μυδαλέος, α, ον, humidus, madidus; *à* μυδάω, nimio humore & madore putreſco.

62 Ὄυλιος, ία, ιον, & ὄλιμος, η, ον, *idem quod* ὄλος, κ. 134.

66 Στεροπὴ, ῆς, ἡ, fulgur; *item*, ſplendor, *per Aphær. pro* ἀστεροπὴ, *poëtice pro* ἀστραπὴ, *ab* ἀστράπτω, fulguro, mico, ſplendeo, *vel dicitur* παρὰ τὸ στερεῖν τὰς ὄπας τῦ ὁρᾶν, quod oculos viſu privet.

67 Ἀμητὴρ, ῆρος, ὁ, meſſor; *ab* ἀμάω, meto, ω. 451. *hinc* ἄμητος, ου, ὁ, meſſis, τ. 223.

68 Ὄγμος, ου, ἡ, ſulcus aratri ſciſſione factus; *quaſi* οἴγμος, *ab* οἴγω, aperio; *in ſulco terra maxime eſt aperta*, & *quaſi dehiſcit.*

69 Τάρφος, εος, τὸ, denſitas; ταρφὴς, ές, ὁ ἡ, denſus, creber, frequens. *Vide* ε. 555.

Δράγμα, ατος, τὸ, manipulus, ipſa ſeges; *à* δράσσω, *ſeu* δράττω, prehendo, manu corripio, *Batrach.* 155. *hinc* δραξ, *Batrach.* 234. *idem quod* δράγμα, manipulus; τὸ τῶν χειρῶν πλήρωμα, & δραγμεύω, σ. 555. manipulos colligo.

71 Δηόω, *hic*, cædo, occido. *Vid.* δ. 416.

74 Παραλυγχάνω, interſum alicui actui, adſum, intervenio.

86 Δρυτόμος, ου, ὁ ἡ, *per Apoc. pro* δρυοτόμος, quercuum amputator, & *generaliter*, arborum inciſor; *à* δρῦς, υὸς, ἡ, quercus, *ſæpe pro omni arborum genere uſurpatur*, & τέμνω.

87 Ἐκορέσσατο, *pro* ἐκορέσατο, ſatiavit, 3 *ſingul. aor.* 1. *med. verbi* κορέω.

88 Ἄδος, εος, τὸ, *vel* ου, ὁ, ſatietas, faſtidium, defatigatio *(quæ eſt laboris, velut ſatietas) ab* ἄδω, ſatio, expleo. *Euſtath. deducit ab* ἀδέω, *quod dici fertur pro* ἀηδέω· *alii hoc ab illo*; *alii ab* ἄδην, affatim.

94 Καλεπάλμενος, η, ον, *decomp. à* καλὰ, & ἐπάλμενος, *poët. pro* ἐφαλλόμενος· *quod ab* ἐπὶ, & ἄλλομαι.

98 Πεπάλακτο, fœdatum eſt, 3 *ſing. pluſquamperf. à* παλάσσω, inquino, fœdo, ε. 100.

Δαμάω, *hic*, proſterno.

101 Περιδύω, *proprie*, circumveſtio, *hic autem* περίδυσε, ſpoliavit, *pro* ἀπόδυσε.

Γνήσιος, ία, ον, *vel* ου, ὁ ἡ, legitime genitus, originem habens legitimam; *item*, germanus; *item*, genuinus; non adulterinus; *dicitur quaſi* γονήσιος, *vel* γενήσιος, *à* γίγνομαι. *Vid.* νόθος, β. 727.

Παρα-

Παραβάσκω, pugno ex curru, *pro* παραβάτης εἰμί· παραβάτης, ὑ, ὁ, tranſgreſſor legis; *aliquando*, qui è curru pugnat, *pro quo legitur*, ψ. 132. παραιβάτης· δίφροισι παραιβάται· *à* βάσκω, *idem quod* βαίνω.

Δίδη, *Ion. & poët. pro* ἐδίδη, ligavit, 3 *ſing. imperf. verbi* δίδημι, *à* δέω, ligo.

Μόσχος, ὑ, ὁ, *vel* ἡ, vitulus, *ſeu* vitula; *& eſt* tenellum germen in arbore; *ſeu* ramulus tenellus; *item, pro* ἁπαλὸς, ἡ, ὸν, tener, *ut hic.*

Λύγος, ὑ, ἡ, vitex, virga, bacillus.

Οὖς, *idem quod* ὦας, auris, *ex quo fit*; *cæteri caſus formantur tanquam ab* ὦς, *ut genit.* ὠτὸς, *dat.* ὠτί. *at* ὦας, *genit.* ὠάλος, τό.

Σπέρχω, *fut.* ξω, urgeo, compello, feſtinare cogo; *neut.* feſtino, *item*, iraſcor. *Vid. δ.* 32. *dicitur quaſi* σπεύδω ἐρχόμενος.

Εὐνὴ, ῆς, ἡ, cubile, *ut ante, dicitur etiam de brutis*, cubile *pro* luſtro. *Vid. α.* 435.

Δρυμὸς, ῦ, ὁ, ſylva querna, *vel* glandifera; *item generaliter* ſylva, nemus; *item*, δρυμὸν, ῦ, τὸ, *idem*; *à* δρῦς, ὸς, ἡ, quercus.

Εἴασχ' *ob ſequent. aſpir. pro* εἴασκ'· *hoc autem pro* εἴασκε, *Ionica paragoge, pro* εἴα, *imperf. ab* ἐάω.

Κυκάω, *fut.* ήσω, miſceo, *proprie de liquoribus*; *item generalius*, miſceo, confundo, perturbo, κυκηθήτην, 3 *dual. aor.* 1. *paſſ. Ion.*

Ἀμείλιχος, ὑ, ὁ καὶ ἡ, qui mulceri, *ſeu* leniri non poteſt, aſper, durus, immitis, *ut & ἀμείλιχος, ι.* 158. *à* μειλίσσω.

Ἀποκόπτω, *fut.* ψω, abſcindo, amputo; *à* κόπτω, ſcindo, *idem.*

Ὄλμος, ὑ, ὁ, mortarium, truncus corporis; παρὰ τὸ ὄλλειν καὶ μειῶν τὰ ἐν αὐτῷ τιλισόμενα, quod minuantur ea quæ in mortario tunduntur; *ſed Harm. deducit ab* ὅλος· *iſta, ni tota ſint (inquit ille) & perfecta, nulli ſunt uſui.*

Ἔσσευε, *pro* ἔσευε, *geminato* σ. *à* ζεύω, fugo, pello, concito.

Ἐάω, *aliquando* omitto, miſſum facio, relinquo, *ut hic.*

Δηϊόωντες, cædentes, *intellige* terram.

Ἄξυλος, ὑ, ὁ καὶ ἡ, ligno carens, *vel* plenus ligno, *ut hic, ab* α *primo privat. ſecundo epitat. &* ξύλον.

Εἰλυφάω, & εἰλυφάζω, verſo, torqueo, circumago; *ab* εἰλύω, *idem cum* εἰλέω.

Θάμνος, ὑ, ὁ, locus denſus fruticibus, arbuſtum, frutex, χ. 190. *à* θαμὰ, crebro, *quod ab* ἅμα, ſimul.

Πρόῤῥιζος, ὑ, ὁ καὶ ἡ, una cum radice, radicitus; *à* ῥίζα, ης, ἡ, radix.

Κεινὸς, *pro* κενὸς, ὴ, ὸν, vacuus.

Κορυλαλίζω, pulſo, crepitare facio, cum ſtrepitu veho; *idem cum* κροτέω· *à* κρόταλον, ὑ, τὸ, inſtrumentum, quod pulſatum manu crepitabat; *à* κρότος, ὑ, ὁ, pulſus æris, manuum, pedum: *ſed frequenter de* manuum plauſu *dicitur*; *hinc* κροτέω, pulſo, verbero.

Σφεδανὸς, ὴ, ὸν, terribilis, intenſus, vehemens: *quaſi* σπευδανὸς, *à* σπεύδω· *ſecundum Euſtath.* σφεδανὸν, *adverbialiter uſurpatum*, vehementer.

Καππεδίον, *pro* καὶ πεδίον, per campum.

168 Ἱέμενος, η, ον, *ab* ἵεμαι, cupio, desidero: *nam significationem activi* ἵημι *omnino reliquit.*

173 Ἀμολγὸς, ῦ, ὁ, nox intempestiva, *proprie*, tempus quo mulgentur pecora: *quod aliquando est* vesperi, *aliquando* extrema nocte, *pro quibus utrisque usurpatur* ἀμολγός· *ab* ἀμέλγω, mulgeo; *aliquando genitivo* νυκτὸς *adjungitur*; *aliquando absolute per se usurpatur. Vid.* δ. 434.

176 Ἔγκαλα, ων, τὰ, intestina, viscera; παρὰ τὸ ἐνδὸς κεῖσθαι.

Λαφύσσω, *fut.* ξω, avide deglutio & haurio; *exponitur*, consumo per luxum, devoro; *à* λὰ *epitat.* & ἀφύσσω, haurio, infundo, traho, consequor, accumulo.

180 Θύω, *fut.* σω, sacrifico, *aliquando* furo, impetu furibundo feror, *ut hic.*

183 Πιδήεσσης, scatebris abundantis; *à* πίδαξ, ακος, ὁ, *vel* ἡ, scatebra, fons, aqua saliens, *idem cum* πηγὴ, *quæ utraque à* πηδάω. *Bœot. verso* η *in* ι. πιδήεις, *unde fœm.* πιδήεσσα, *hic, pro* πιδακόεις; *per Syncop.* & α *verso in* η.

189 Ἀνώχθω, *pro* ἀνωγέτω, *ut etiam* ἄνωχθι, *pro* ἄνωγε, *per Metaplasm. ab* ἀνώγω. *Ante* κ. 67.

201 Τεὶν, & τὶν, *Dor. pro* Ζοί.

215 Καρτύνω, firmum reddo & validum, munio, corroboro, *pro* κρατύνω, *idem, à* κάρτος, *pro* κράτος, ἐκαρτύναντο, 3 *plur. aor.* 1. *med.*

224 Μητροπάτωρ, ορος, ὁ, matris pater, avus maternus; *ex* μήτηρ, & πατήρ.

235 Ἐρείδω, *f.* σω, figo, firmo, *hic neutraliter*, incumbo.

237 Μόλιβος, υ, ὁ, plumbum, *idem* μόλυβος, υ, ὁ, *pro* μόλιβδος, *vel* μόλυβδος, υ, ὁ, *hinc* μολίβδαινα, ης, ἡ, ω. 80. plumbi massa; *à* μόλειν εἰς βάθος *(inquit Harm.) quod in fundum facile descendat*; *vel à* μόλις, & βάω, *qui plumbum fert, vix velociter procedit.*

239 Λῖς, ιτὸς, ὁ, *poët. pro* λέων, οντος, ὁ, leo, *ut hic*; *est* & tenue, *seu* subtile linteum, *ante*, θ. 441.

242 Οἰκτρὸς, ὰ, ὸν, qui miserandus est, *ab* οἶκτος, υ, ὁ, misericordia; *unde* οἰκτρόταλος, η, ον, *Od.* λ. 420. & οἴκτιστος, η, ον, χ. 76. οἰκτείρω, ρῶ, misereor, 813. *hujus libri.*

Ἀστὸς, ῦ, ὁ, civis, *fœm.* ἀστὴ, *peculiariter* cives Athenienses; *ab* ἄστυ, εος, τὸ, urbs, β. 332.

245 Ὄϊς, *contract. pro* οἵας, *ab* οἶς, οἰὸς, ἡ, ovis.

248 Ἀριδείκετος, υ, ὁ ϰὴ ἡ, clarus, inclytus; *à* δείκνυμι, *proprie*, qui multum ostenditur; *itaque* inclytus.

249 Πρεσβυγενὴς, έος, ὁ ϰὴ ἡ, maximus natu; *à* πρέσβυς, εῖα, & γίνομαι.

251 Εὐρὰξ, ex obliquo, *Ion. pro* πλευρὰξ, *per Aphær. à* πλευρὰ, ᾶς, ἡ, latus, costa; *idem* πλευρὸν, ῦ, τό.

253 Διέχω, *hic*, transfigo, διέσχε, 3 *sing. aor.* 2.

256 Ἀνεμοτρεφὴς, & ἀνεμοτραφὴς, έος, ὁ ϰὴ ἡ, à vento nutritus & auctus, *seu* à vento corroboratus; *hinc* ἀνεμοτρεφὲς ἔγχος, hasta à ventis corroborata, antequam ex arbore abscinderetur, *ut hic*; *est* & ἀνεμοτρεφὲς κῦμα, ο. 625. fluctus à vento intumescens; *ab* ἄνεμος, υ, ὁ, ventus, α. 480. & τρέφω, nutrio.

257 Ὁπάλιος, υ, ὁ ϰὴ ἡ, *per Syncop.* & *mutato spiritu, pro* ὁμόπαλος, *seu* ὁμοπάτριος· *ab* ὁμοπάτωρ, *idem*, eodem patre genitus.

258 Ἀϋτέω, *ab* αὔω, *videlicet* clamo, *hinc* ἀϋτὴ, ῆς, ἡ, clamor, vox.

Ἀνήνοθε, *vide* ἐπενήνοθε, β. 219.

Τέρσω,

Τέρσω, arefacio, ſicco, *factum ex Æol. fut.* τέρσω· *à verbo* τείρω. τείρεσθαι γὰρ πᾶς τὸ ξηραινόμενον, *Euſtath.* 267

Ὠδίνω, à partu doleo, parturio, & *generaliter*, aliquo magno dolore afficior; *ab* ὠδὶν, *ſeu* ἀδὶς, ῖνος, ἡ, dolor parturientis; *quod ab* ὀδύνη, ης, ἡ, dolor. 268

Βέλος, εος, τὸ, telum, vulnus, dolor ex ictu; *etiam Metaph.* dolor parturientis, *ut hic.* 269

Δριμὺς, εῖα, ὺ, acrem habens ſaporem, *ſeu* guſtum, *in genere*, acer, vehemens, aſtutus; παρὰ τὸ τὰς ῥῖνας μύειν, quia quæ ſunt acri guſtu, nares contrahant. 270

Μογοστόκος, ὁ, ἡ, partus laborem ſuſcipiens, circa partum laborans, *epitheton Lucinæ, ut hic*, circa τόκους μογοῦσα, ut quæ parturientibus adſit; *à* μόγος, ὁ, & τίκτω, pario.

Εἰλείθυια, ας, ἡ, Lucina, *id eſt*, dea, quæ parturientibus opitulatur; *ſæpe pro* ipſo partu *ponitur*; *ab* ἐλεύθω, venio: *quia invocatur, ut fœtus auſpicato veniat ad lucem. Commemorat Homerus plures Lucinas, cum alii unicam agnoſcant*, εἰλείθυιαι θεαὶ τῶν τικτουσῶν, Διὸς καὶ Ἥρης θυγατέρες.

Ἀφρέω, *fut.* ήσω, ſpumo; *ab* ἀφρὸς, ὁ, ſpuma. 282

Ῥαίνω, *fut.* νῶ, perfundo, aſpergo, irroro; *à* ῥέω, fluo, *quaſi* ῥεαίνω· *hinc Angl.* **to rain**, *Harm.*

Ὑπέρτερος, έρα, ερον, ſuperior, præſtantior, major; *eſt &* ὑπέρτερος, *Ion.* junior. 290

Ὑπερηνὴς, έος, ὁ, ἡ, deſuper flans; *ab* ἄω, flo; ὑπεραεῖ ἶσος ἀέλλῃ, vehementi ſimilis procellæ, *Dialyſi, pro* ὑπεραεῖ. 297

Ἰοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, niger, rubiginoſus, purpureus, ferrugineus; *ab* ἰὸς, ὁ, telum, miſſile, rubigo cujuſque metalli, *ut hic*; *vel*, purpureus, violacei coloris; *ab* ἴον, ὸ, τὸ, viola. 298

Ἀργεστὴς, ὁ, albus, *Noti epithet. ſic* velox; *ab* ἀργὸς, ὴ, ὸν, albus, *à quo etiam* ἀργῆς, ῆτος, ἀργεστὴρ, ῆρος, ἀργήεις, ήσσα, ἄργιος, & ἀργινόεις, εσσα, εν, *idem* ἀργεστὴς, *genit.* αο, *pro* ὁ *Æolice & Bœotice.* 306

Τρόφις, ιος, ὁ, ἡ, bene nutritus, craſſus, pinguis, tumidus; *idem* τροφόεις, εσσα, εν, *à* τρέφω. 307

Πολύπλαγκτος, ὁ, ἡ, multum errans, *vel* agitans; *hic* venti flatus, *Od.* ρ. 425. latronibus *tribuitur*; *à* πλάζω, errare facio. 308

Κάρηαρ, ατος, τὸ, caput; & κάρητος, *per Syncop.* ο. 75. 309

Κυδοιμέω, turbas excito, tumultuor; *à* κυδοιμὸς, ὁ, *Ante* ε. 593. 324

Κῆρες γὰρ, *intellige* illos. 332

Κεκαδὼν, *cum reduplicat. & verſo* χ *in* κ. *à* χάζω, recedo, *item* privo; *eſt aor.* 2. *partic. Vid.* Θ. 353. 334

Στέομεν, *Ion. pro* στῶμεν, *aor.* 2. *ſubjunct. ab* ἵστημι. 348

Ἀλεξώμεσθα, *Dor. pro* ἀλεξώμεθα, arceamus, 1 *plural. præſ. imperat. med.*

Καππόρυθα, *pro* καὶ κόρυθα, in galeam; *à* κόρυς, υθος, ἡ, *in accuſat.* κόρυθα, *vel* κόρυν, galea. 351

Τρίπλυχος, ὁ, ἡ, triplex; *à* τρὶς, & πλυχὴ, ῆς, ἡ, plicatura; *quod à* πλύσσω, plico. 353

Ἀπέλεθρον, longe, procul; *ab* ἀπέλεθρος, ὁ, ἡ, immenſus; *quod ab* α, & πέλεθρον, *pro* πλέθρον, ὸ, τὸ, jugerum, ε. 245. 354

Μίκλο, *pro* ἐμέμικλο, *ab* ἐμεμίγμην, *pluſq. perf. paſſ. à* μίγνυμι, *vel* μιγνύω.

358 Καλαείσαλο, 3 *ſingul. aoriſt.* 1. *med. ab inuſitato verbo* καλείω, *ſeu* κάτειμι, deſcendo, proficiſcor.

367 Ἔπειμι, *fut.* εἰσόμαι, advenio, ingredior, invado.

371 Στήλη, ης, ἡ, lapis è terra extans, *vel munitionis gratia vel ſigni,* erectus; *ſæpe pro* cippo, *ſeu* columna, quæ in ſepulchris ſtatuebatur, *ut hic*; *ab* ἵστημι, ſtatuo.

Ἀνδρόκμητος, ε, ὁ ϗ ἡ, ab homine laboratus, *aut ſimpliciter,* factus; *hinc* τύμβος ἀνδρόκμητος, ſepulchrum labore ab homine factum; *vel,* in quo mortuus jacet; *à* κάμω· *nam* κεκμηκότες *etiam* & καμόντες, *ſæpe dicuntur* mortui.

375 Βριαρὸς, ὰ, ὸν, robuſtus, *vel quaſi* βιαρὸς, *à* βία, vis; *vel, ab epitatica particula* βρῖ· *hinc* βριάρεως ἐκαλόγχειρος, α. 403.

Πῆχυς, εως, ὁ, cubitus. *Ante* ε. 314. *hic,* illa pars arcus qua arripitur, & quæ ſagittam ſuſtinet, manubrium.

377 Τάρσος, *Attice* τάρρος, ε, ὁ, *hic,* planta pedis, *aliquando* palma manus; *quibus utriſque digiti ita ſunt infixi ut pinnæ alis, & remi navibus*; τάρσος *enim ſignificat* & ordinem remorum, & alam avium: *quia quandam ſimilitudinem habent cratium, ſuper quibus caſei, aliaque ſolent ſiccari, quas* τάρσος *proprie ſignificat*; ταρσοὶ μὲν τυρῶν βρῖθον, crates, *vel* vaſa caſeis onerabantur; *à* τέρσω, ſicco, arefacio.

379 Ἀμπηδάω, *f.* ήσω, ſubſilio, ſurſum ſalio; *pro* ἀναπηδάω, *à* πηδάω, ſalio.

385 Τοξότης, ε, ſagittarius, arcitenens; *idem* τοξευτὴς, ῆ, ὁ, ψ. 850. *à* τοξεύω, *à* τόξον, ε, τὸ, arcus, *fœmin.* τοξότις, ιδος, ἡ, *epitheton Dianæ.*

Παρθενοπίπης, ε, ὁ, virginum nimis avidus inſpectator, *aut* obſervator; *ab* ὀπιπεύω, *quod fit ex inuſitato* ὀπεύω, *per Anadiplaſiaſm.* inſpicio, obſervo; *quod ab* ὄπλομαι, & παρθένος, ε, ἡ, virgo.

390 Κωφὸς, ὴ, ὸν, ſurdus, cui auditus eſt vitiatus; *aliquando* fatuus, ſtolidus; *ſed ex conſequenti,* mutus; *eſt* & invalidus, inefficax, *ut hic*; κωφὸν βέλος, telum hebes & invalidum; & ξ. 16. κῶφον κῦμα, fluctus nullum ſtrepitum edens.

391 Ἐπαύρομαι, *hic,* contingo, attingo, aſſequor; *ab* ἐπαυρέω.

393 Ἀμφιδρυφος, ε, ὁ ϗ ἡ, undique laceratus, *pro eodem dicitur* ἀμφιδρυφὴς, ές, ὁ ϗ ἡ, & ἀμφίδρυφος· *à* δρύπτω, lacero, β. 700.

405 Ἀλάω, *aor.* 2. *ſubjunct. ab* ἀλίσκω, capio, *aor.* 2. *indicat.* ἅλων, *opt.* ἀλοίην, *ut ab* ἄλωμι, *ſubjunct.* ἀλῶ, *ut* δῶ, *pro quo* ἀλῴω, *paſſive ſignificans, ut* δῴω, *pro* δῶ.

406 Φοβέω, *fut.* ήσω, in fugam verto; *à* φέβομαι, fugio.

413 Ἔλσαν, *pro* ἔλασαν, *ſeu* ἤλασαν, *ſic* ἔλσαι, *pro* ἔλασαι, α. 408. & ἔλσας, *pro* ἐλάσας, *Odyſſ.* ε. 132. *ab* ἐλαύω, *ſeu* ἐλάω· *ſeu potius pro* εἷλησαν, *ab* εἰλέω, concludo, includo.

415 Ξύλοχος, ε, ὁ ϗ ἡ, ſylva; *à* ξύλον, ε, τὸ, lignum, & ἔχω.

416 Γένυς, υος, ἡ, mentum, gena; *hic. Vid.* ϑ. 371.

417 Κόμπος, ε, ὁ, crepitus, *proprie,* apri dentes acuentis; *item,* ſonitus tripudialis, *Odyſſ.* ϑ. 380. *à* κόπτω.

424 Πρότμησις, εως, ἡ, ipſa actio præſcindendi, id quod præſcinditur; *unde hic,* umbilicus aſpidis πρότμησις *dicitur*; *quoniam ab ipſo ſtatim partu umbilicus infantibus præſcindi ſolet*; *aut quoniam juxta umbilicum in duo dividitur medius homo.*

Ἀγοστὸς,

Ἀγος-ὸς, ὦ, ὁ, manuum interior pars, *vel* exterior, cubitus, ulna, palma: *quasi* ἄγων ὀστᾶ, *quia in commissuris brachii vertuntur ossa adductione & deductione nervorum.* 425

Εὐηγενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, generosus; *ab* ἦυ, & γίνομαι, *pleonasmo* τῦ η, *pro* εὐγενής. 427

Καλακαίρι-ος, ίη, ὁ ϗ ἡ, lethalis, lethifer; *à* καιρὸς, ὦ, ὁ, occasio; *sic Eurip.* ἐις καιρὸν τυπεὶς, opportuno in loco vulneratus, *id est*, lethaliter. 439

Ἆ, vox hominis succensentis, quiritantis, *aut* commiserantis, ah, hei, heu; ἄ δειλε, vah timide, heu miser. 441

Κιχάνω, *idem quod* κιχέω, α. 26.

Ὠμηστὴς, ὦ, ὁ, qui cruda edit; *ab* ὠμὸς, ὴ, ὸν, crudus, & ἔδω, *aliquando* immitis, crudelis, *ut* ω. 207. ὠμηστὴς ϗ ἄπιστος ἀνὴρ, crudelis & infidus vir; *idem* ὠμοφάγος, ου, ὁ ϗ ἡ, *à* φάγω, edo. 454

Κτέρεα, ων, τὰ, exequiæ, κλεῖζω, ψ. 646. & κλείω, *hic*, funera justa facio, exequias celebro, sepelio; κλειῶσι, *pro* κλείσωσι, *Attic. ut* & κλειῶ, *pro* κλείσω, σ. 334. *est* & κλέρεα κλείσειαν, justa exequiarum persolverent, ω. 38. *dicitur autem* κλέρεα, *quasi* τὰ κλέα τα τὰ νεκρικὰ, defunctorum possessiones mortuales; *vel*, τὰ κλεομένοις προσήκοντα, quæ decent mortuos; *à* κλάομαι, *vel* κλείνω. 455

Βιάω, vim affero, violo; *à* βία, ας, ἡ, vis; βιῶτο *autem Ion. pro* βιῶντο, *contract. ex* βιάοιντο. 467

Θῶς, ωὸς, ὁ, animal lupo simile; *hic*, lynx; *à* θέω, curro; *sunt enim veloces* θῶες, *etsi brevioribus cruribus.* 474

Ἀπαὶ νεύρης, *intellige* missa. 476

Χλιαρὸς, ρὰ, ρὸν, *pro quo dicitur poët.* λιαρὸς, tepidus; *à* χλιαίνω, tepefacio. 477

Νέμος, εος, τὸ, locus arboribus densus, & pascuus, nemus; *à* νέμομαι, pasco. 480

Σκιαρὸς, & Σκιερὸς, ρὰ, ρὸν, umbrosus, opacus; *à* Σκιὰ, ᾶς, ἡ, umbra; *dictum quasi* κιὰ, *à* κίω· *quia nos comitetur*; Σκίαι *etiam significat* defunctorum manes, *Od. κ.* 495.

Δαίμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, spiritus, genius, *hic*, fortuna.

Σίντης, ου, ὁ, nocuus, noxius; *à* σίνω, & σίνομαι, noceo, lædo, α. 594. *Lemnii incolæ dicuntur* σίντιες, *quod primi arma fabricaverint, quæ exitialia sunt, vel quod piraticam exercuerint.* 481

Ἀλλυδὶς, *Adv.* aliorsum; *ab* ἄλλος, alius. 486

Χειμάῤῥυς, *vid.* δ. 452. 493

Ὀπαζόμενος, η, ον, *hic*, auctus.

Ἀφυσγέλως, ῦ, haustus. *Eustath. hic significare ait*, τὸν ἰλυώδη συρφετὸν, limosas sordes; *ab* ἀφύω, haurio, *idem* ἀφύσσω· *vel à* φεύγω, *ut sit* τὸ μὴ ἀποφεῦγον τῇ καλαφορᾷ τῦ ῥεύματος. 495

Ἐπιμὶξ, promiscue; *à* μίγνυμι. 515

Στείβω, calco; *habet etiam quandam* densandi & constipandi *significationem, cum quæ* calcantur, *eadem* & condensentur: &, fullonum more calco, *Odyss. ζ.* 92. 534

Ῥαθάμιγξ, γος, ἡ, gutta; ἀπὸ τῦ ῥαίνειν θαμά· *est autem* ῥαίνω, perfundo, aspergo, irroro. 536

Ὁπλέων,

Ὁπλέων, *Ion. pro* ὁπλῶν, *genit. plur. ab* ὁπλὴ, ῆς, ἡ, ungula, unguis quadrupedum.

538 Ἀνδρόμεος, έα, εον, virilis, humanus ; *ab* ἀνὴρ, vir, ἀνδρός.

545 Τρέσσε, *pro* ἔτρεσε, *à* τρέω, *fut.* σω, tremo.

546 Γόνυ γενὸς ἀμείβων, *phraſis pulcherrima*, alternans genua, *id eſt*, paulatim, & ſenſim progrediens.

547 Μέσαυλος, ου, ὁ, *ſeu* μέσαυλον, ου, τὸ, locus in medio ſtabulo ; *à* μέσος, η, ον, medius, & αὐλὴ, ῆς, ἡ, aula ; *quod etiam pro* ſtabulo *uſurpatur*.

548 Ἀγροιώτης, ου, ἡ, *pro* ἀγρότης, ruſticus, *ab* ἀγρὸς, οῦ, ὁ, rus.

549 Πῖαρ, τὸ, pinguedo ; *vel pro* πίων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *adject. ut Odyſſ.* ι. 135. *vel pro* πιότης, ητος, ἡ, *ſuſtant. ut hic.*

550 Ἐγρήσσω, *poët. pro* ἐγρηγορέω, vigilo.

Κρειῶν, *pro* κρεῶν, *ex* κρεάων, *pro* κρεάτων, *à* κρέας, ατος, τὸ, caro.

Ἐρατίζω, *fut.* σω, amo, cupio ; *ab* ἐράω, *idem*.

551 Πρήσσω, *Ion. pro* πράσσω, *pro* πράττω.

553 Δετὴ, ῆς, ἡ, faces in faſciculum colligatæ ; *à* δετὸς, ὴ, ὸν, ligatus, *à* δέω, ligo.

558 Νωθὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, tardus, piger ; *fit à partic. privat.* νῶ, & θέω, curro.

Ῥόπαλον, ου, τὸ, clava, geſtamen, ſceptrum ; *item*, virga, baculus, *ut hic* ; *dicitur* παρὰ τὸ ἐν ἑτέρου μέρος ῥέπειν, quod in alteram partem flectatur ; *eſt enim* curvus baculus μὴ ὀρθὸν ὂν ἀλλὰ ῥέπον, *Euſtath.*

561 Σπευδῆ, *Adverb.* ſtudioſe, diligenter, ægre, magno labore, *ut hic.*

568 Ὁδεύω, *fut.* σω, eo, iter facio, proficiſcor ; *ab* ὁδὸς, οῦ, ἡ, via.

571 Ὄρμενος, *pro* ὁρόμενος, η, ον, qui citato impetu fertur ; *ab* ὄρω.

578 Ἧπαρ, ατος, τὸ, jecur, hepar ; *ab* ἔπω, operor, & ἔαρ, ρος, τὸ, ſanguis, *eſt enim jecur officina ſanguinis, Harm.*

584 Ἔθνος, εος, τὸ, *hic*, turba, multitudo, agmen, β. 87.

595 Δέμας, τὸ, corpus, & *animati*, & *inanimati* ; *dictum quaſi* δῶμα ψυχῆς, *vid.* α. 114. *eſt* & *particula ſimilitudinis*, ſicut, inſtar, & *regit genit. ut hic.*

610 Ἔρειο, *pro* ἔρευ, *ab* ἔρομαι· *nempe diphthongo* ευ *reſoluta in* εο, *deinde* ε *addito ad* ε *poët.*

623 Κυκάω, *fut.* ήσω, miſceo, confundo, perturbo ; *hinc* κυκεὼν, ῶνος, ὁ, mixtio, potio ; *hinc accuſ.* κυκεῶ, *per Apoc. ſed poët.* κυκειῶ, *ut hic, pro* κυκεῶνα.

627 Ἐπιπροϊάλλω, protendo, propono, foras emitto, promo, *aor.* 1. *communiter*, ἴηλα· *ab* ἰάλλω, mitto.

628 Κυανόπεζος, ου, ὁ καὶ ἡ, nigros habens pedes ; *à* κυανὸς, οῦ, ὁ, *ante*, & πούς. *Vid.* 24. *hujus libri.*

Κρόμυον, ύου, τὸ, cepe, *ſeu* cepa, *poët. pro* κρόμμυον· *dicitur, quod* αὐτῷ ὀσφραινόμενοι ἢ ἐσθίοντες τὰς κόρας μύομεν, oculos claudimus, cum cepam vel admovemus naribus, aut ori ingerimus.

630 Ἄλφιτον, ου, τὸ, farina hordeacea, polenta, *ſecundum Plinium* ; τὰ ἄλφιτα, *Odyſſ.* β. 290. victus.

Ἀκτὴ, ῆς, ἡ, litus ; *item*, fructus, *vel* fruges, *ut hic* ; *à* καλάγνυσθαι, *quod terantur, molanturque.* Δημήτερος ἀκτὴν, *v.* 322. Cereris fruges, *id eſt*, panem.

Οὖλα,

Οὖαλα, *aliquando* vaſorum anſæ. 637

Πυθμὴν, ένος, ὁ, fundum, ima pars, *ut hic*; *à* πύθω, putrefacio: 634
quod ſoleat illa pars primum computreſcere.

Ἀμοῖητὶ, *Adverb.* ſine labore; *ab* α *privat.* & μόγος, υ, ὁ, la- 636
bor; *hinc* ἀμόγητος, ὑ, ὁ ἡ, indefeſſus, *Hymn. in Mart.* 3.

Πράμνειος, *ſeu* πράμνιος οἶνος, *vini genus ſic dictum, à Pramnia* 638
rupe in Icaro inſula, vel Pramnia vite; *quidam tamen reddunt* τὸν
πραΰνοντα τὰς φρένας, vinum demulcens animum; *alii* τὸν ἐπὶ τοῖς
πρέμνοις φυλασσόμενον, vinum ex arborum ramis pendens; *alii*, vi-
num vetus & vietum: *quaſi* παραμένειον, *à* παραμένειν, durare.

Κυῆ, *Ion. pro* ἔκυη, *imperf. act. à themate* κυῆμι, rado, ſcalpo; *quod*
à κνάω, *idem.*

Τυρὸς, ὖ, ὁ, caſeus; *deducunt à* τηρεῖν· *eſt enim* τηρούμενον γάλα,
lac quod ſervatur, & reponitur; *hinc* τυρόγλυφος, υ, ὁ ἡ, mus caſe-
um rodens, *Batrach.* 136.

Κυῆις, εος, ἡ, culter, quo proprie caſeum ſcindimus, inſtrumen- 639
tum ferreum quo radimus aliquid: *peculiariter*, caſeum; *à* κνάω,
rado.

Πολυκαγκὴς, ές, ὁ ἡ, multum aridus; *epitheton ſitis*; *à* κάγ- 641
χανος, η, ον, aridus: *quod à* καγχαίνω, calefacio, arefacio.

Ἀναίτιος, ίη, ὁ ἡ, inſons; *ab* ἀ *privat.* & αἰτία, ας, ἡ, culpa. 653

Κέαλαι, *poët. pro* κείαλαι, *hoc autem Ion. pro* κεῖνται. 658

Ἄπαλὶ, *pro* ἀπὸ, *poët.* 663

Ἀέκηλι, invito; *adjungitur genit. ita etiam* ἔκητι, ſponte, ultro, 666
illud poët. pro ἄκουλι, *hoc pro* ἔκουλι.

Ἐπισχερῶ, *Adverb.* deinceps, ordine: *deductum putatur ab* ἐπίσχω, 667
idem quod ἐπέχω, inhibeo.

Γνάμπτω, *pro* κάμπτω, *idem*; *à quo fit, idem* κνάμπτω, *hinc* γναμ- 668
πτὸς, ὴ, ὸν, flexibilis.

Βοηλασία, ας, ἡ, boum abactio; *à* βοῦς, & ἐλαύνω, ago, abigo. 671

Ῥύσιον, ίου, τὸ, quod loco ejus quod ereptum erat cuſtoditur, & 673
veluti pignus retinetur; *à* ῥύω, cuſtodio, ſervo, tueor.

Ἤλιθα, *Adverb.* fruſtra, incaſſum; *exponitur*, profuſe, confer- 676
tim, large, *ut hic*; & *ſic ab* ἄλις, *ſed primo modo ab* ἠλίθιος, ία,
ιον, ſtultus, inſipiens.

Συβόσιον, υ, τὸ, grex ſuum, qui paſcuntur; *à* σὺς, ὸς, ὁ *vel* ἡ, & 678
βόσις, εως, ἡ, paſtus; *à* βώσκω, *ſeu* βόω, paſco.

Αἰπόλιον, υ, τὸ, grex caprarum; *ab* αἰπόλιος, υ, ὁ, caprarius;
hoc vero ab αἴξ, γὸς, ἡ, capra, & πολέω, verſo; αἰπόλιον, grex
caprarum, ποίμνιον, ovium, συβόσιον, porcorum, βυκόλιον, boum,
ἱπποφόρβιον, equorum.

Δαιτρεύω, *fut.* σω, divido, *more* δαιτρῶ carnes diſtribuo *proprie*; 687
à δαίτρὸς, ῦ, ὁ, coquus; *à* δαίω.

Κακόω, *fut.* ώσω, malo, *ſeu* damno afficio; *à* κακὸς, ὴ, ὸν, ma- 688
lus, ignavus, ignobilis, imperitus.

Ὑπερηφανέω, *fut.* ήσω, ſuperbio, inſoleſco; *ab* ὑπερήφανος, υ, ὁ 693
ἡ, ſuperbus, elatus; *ab* ὑπερφαίνομαι, ſuper appareo.

Νομεὺς, έως, ὁ, paſtor; *à* νέμω, paſco; νομεὺς, dator, tributor, 696
poſſeſſor; *à* νέμω, tribuo.

Θεύσεσθαι,

700 Θεύσεσθαι, *fut.* 1. *med. infin. à* θέω.

701 Κάσχεθε, *Æol. Syncop. pro* καλέσχεθε, detinuit, 3 *ſing. imperf. verbi* καλασχέθω.

704 Ἀλέμβω, contriſto, triſtitia afficio; *item*, privo; *dicitur quaſi* εἰς ἄτην ἐμβιβάζω, in damnum & mœrorem induco; ἀτέμβομαι, contriſtor, defraudor, privor: *quaſi* εἰς ἄτην ἐμβαίνω, in cladem incido.

708 Παασυδίη, *idem quod* πανσυδίη, β. 12.

713 Μέλακιάθω, *hic*, tranſeo; *ſed Odyſſ.* α. 22. μελεκίαθε, abiit inde ad, *mutato loco*, abiit.

718 Ἴδμεν, *per Syncop. pro* ἰδέμεν· *hoc autem Ion. pro* ἰδῶν, *aor.* 2. *act. infin. ex* εἴδω, ſcio; *eſt &* ἰδμέναι *pro eodem*, ν. 273.

721 Βάλλω, *aliquando dicitur de* curſu fluminis; *ut hic.*

725 Ἔνδιος, ία, ον, meridianus; *eſt &* ἔνδιον, *quod ſubſtantive ponitur pro* διαλριβή· παρὰ τὸ ἐνδεῖν καὶ ἐλατῖσθαι τὴν ἡμέραν, quod dies ad occaſum inclinet, minuaturque, ubi eſt meridies.

728 Ἀſελείη, ας, ἡ, prædatrix, *epithet. Palladis*, δ. 128. *at* ἀγελαῖος, αία, αῖον, gregalis, *ut hic*; ἀγελαῖα ζῶα, animalia quæ gregatim vivunt; *ab* ἀγέλη, ης, ἡ, armentum, β. 480.

734 Φαέθων, οντος, ὁ, ſol, ſplendidus; *à* φαέθω, *idem quod* φάω, luceo.

748 Ὀδάξ, mordicus; *ab* ἔδω, *vel* ὀδὰς, όντος, ὁ.

753 Ἀσπιδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, in clypei modum rotundus, *ab* ἀσπίς.

761 Ἔον, 1 *ſing. aor.* 2. *poët. pro* ἦον, *ab* εἰμὶ, ſum; *unde optat.* ἔοιμι· *ſed ſunt qui volunt eſſe pro* ἦν, *imperf.*

762 Ἀπόνημαι, *ſive* ἀπόναμαι, *fut.* ήσομαι, utilitatem ex aliqua re capio, fruor; *ab* ὄνημι, juvo.

763 Μέλαχλαύσεσθαι, *à* μελαχλαίω, fleo poſt, lachrymis & fletu proſequor.

773 Χόρτος, ου, ὁ, fœnum, herba virens, cibus quicunque; *item*, ſeptum, quo cincta eſt cors, *ut hic*; *dicitur* παρὰ τὸ ἐν χέρσῳ γίνεσθαι, quod è terra naſcatur; *vel, quaſi* κύρτος, *à* κείρω, quod falce demetatur.

Ἄλεισον, ου, τὸ, poculum cælatum: *quaſi* ὃ λεῖον, *pocula enim emblematis & cælaturis ornata, ſunt aſperiora.*

788 Σημαίνειν, *aliquando* impero, *ut hic.*

791 Σὺν δαίμονι, deo favente, proſpere.

795 Προέτω, mittat, 2 *ſing. imperat. à* προΐημι.

796 Φόως, *Metaph. uſurpatur pro* ſalute, auxilio, & victoria; *item* φάος.

798 Ἴσκω, aſſimilo, comparo, *pro* εἴσκω, *idem*; *ab* εἴδω.

801 Ἀκμὴς, ῆτος, ὁ, non fatigatus, non defeſſus, integer; *ab α pr. &* κάμνω.

807 Ἐτετεύχαλο, *Ion. pro* ἐτέλευγμένοι ἦσαν, conſtituti erant, *à* τεύχω.

Νότιος, ία, ιον, humidus; *à* νοτὶς, ίδος, ἡ, humor.

812 Κελαρύζω, murmuro, ſcaturio, *vel* cum murmure fluo; *à* κέλαδος, ου, ὁ, ſtrepitus, & ῥύω, fluo.

813 Οἰκτείρω, miſereor, commiſereor; *ab* οἶκτος, ου, ὁ, miſericordia.

822 Ἄλκαρ, αρος, τὸ, defenſio; *ab* ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur.

834 Χρηΐζω, indigeo, *pro* χρήζω, *idem*; *à* χρεία.

842 Βοείη, *ſubintell.* δορὰ, bubula pellis.

Clavis Homerica

In M. ILIADIS.

Ἀπόρθητος, ον, ὁ ἡ, non vaſtatus, non everſus, incolumis, qui vaſtari & dirui non poteſt; *ab α privat. & πορθέω, idem quod πέρθω.* 11

Βοάγριον, ου, τὸ, ſcutum ex boum agreſtium pelle; *à βοῦς, & ἀγρὸς, ου, ὁ,* rus, ager; *eſt & Βοάγριος,* Boagrius Locrenſium amnis, *β.* 533. 22

Ὁμόσε, eundem in locum, eodem, ſimul; *ab ὁμοῦ,* ſimul. 24

Ἁλίπλοος, ους, ον, ὁ ἡ, mari natans: *quod ab ἅλς, ὁς, ἡ,* mare, & πλέω, navigo; ἁλίπλοα τείχεα, muri ſupernatantes mari, *vel* demerſi in mari. 26

Τρίαινα, ης, ἡ, tridens, inſtrumentum piſcatorium, quo majores piſces figuntur, *ideoque Neptuno attribuitur inſigne, tanquam piſcatorum & maris præſidi; à* τρεῖς, οἱ ῆ αἱ. 27

Θεμέλιον, ου, τὸ, *ſeu* -ος, ου, *ſeu* Θέμελλον, ου, τὸ, ξ. 493. fundamentum; *à* Θέμελλον, *idem; à* τίθημι, quia poni primo loco ſolent fundamenta, ut cætera ſuperſtruantur; Θεμείλιον, *poët. pro* Θεμέλιον, *ut hic.* 28

Φιτρὸς, οῦ, ὁ, arboris caudex, truncus; *à φύεσθαι ἐξ οὗ τὰ φυτὰ,* plantæ. 29

Ὄπισθε, in poſterum. 34

Τίθημι, *aliquando* facio, *ut hic, & ante; ἄλγε' ἔθηκε, α.* 2. 35

Καναχίζω, *ſeu* -έω, *Odyſſ.* ρ. 542. *ubi quidam legunt* κονάβησι, reſono, crepitum edo: *παρὰ τὸ κενὸν ἀχεῖν, pro* ἠχεῖν, inane perſonare. 36

Ἐελμένοι, *diſſoluta diphthongo* ει *in* εε. *alii ab* ἐλαύνω, *ſeu* ἐλάω, pello, compello, *deducunt: nam ex* ἔλασαι, *fit* ἔλσαι· *per Syncop. & Protheſi τοῦ* ε, ἐέλσαι· *hinc* ἔελμαι, *alii vero ab* εἰλέω, volvo, involvo. 38

Θηρευτὴς, ου, ὁ, venator; *à* Θηρεύω, feras venor. *Vid.* ε. 49. 41

Χρεμετίζω, hinnio: *quaſi* χαρὰν ἐμέω, gaudium evomo; *hinnitus enim eſt lætabunda equi vociferatio, ut ſit quaſi* χαρεμετίζω, *Harm.* 51

Χεῖλος, εος, τὸ, labrum, *Metaph. tribuitur rebus inanimatis,* navibus, poculis, vaſis, amphoris, & foſſis, *ut hic; à χέω.*

Κρημνὸς, οῦ, ὁ, locus pendens, *ſeu* ſcopulus pendens, præcipitium; *à* κρεμάω, ſuſpendo. 54

Ἐπηρεφὴς, ές, ὁ ἡ, tectus, opacus; *ab* ἐρέφω, tego.

Ἀρήρειν, *pluſquamperf. med. & altero augmento* ἠρήρειν· *à præt. med.* ἦρα, *Attic.* ἄρηρα· *ab* ἄρω. 56

Ἀλεωρὴ, ῆς, ἡ, *hic,* ſuffugium, tutamen, munimentum, *vel* propulſio; *ſed plerumque eſt idem cum* ἀλεὴ, evitatio, fuga, *ut Iliad. ω.* 216. Φόβῳ μεμνημένον ἠὲ ἀλεωρῆς· *ab* ἀλέω, vito. 57

Μενοινέω. *Ante κ.* 102. 59

Τιλρώσκω, *fut.* τρώσω, *tanquam à* τρόω, *vel* τρῶ, vulnero, *ſeu* cutem telo pertundo; *à* τείρω, *per Syncopen, inquit Euſtath.* 66

Νώνυμνος, ον, ὁ ἡ, obſcurus, non nominatus, inglorius, *poët. pro* ἀνώνυμος, & νώνυμνος, *idem, metri gratia, ut hic.* 70

Παλίωξις,

71 Παλίωξις, *pro* παλιδίωξις, εως, ἡ, insecutio; *à* πάλιν, & διώκω, insequor, persequor.

80 Ἀπήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, salutare. *Vid.* α. 414.

82 Ἀγερέθω, *poët. pro* ἀγείρω, congrego; ἠγερέθοντο, 3 *pl. imperf. pass.*

87 Πενταχῇ, quinquefariam, quinque modis; πέντε, *idem.*

103 Διακριδὸν, discrete, distincte, eximie; *à* διακρίνω, discerno.

105 Ἄραρον, 3 *pl. aor.* 2. *per reduplicat. pro* ἄρον, *quod, depositio augmento, est* ἦρον, *ab* ἄρω, apto, accommodo; *vel, ut alii,* ἀράρω *est præsens poëticum formatum ab* ἄραρα, *præt. med. unde in imperf.* ἤραρον, *pro quo* ἄραρον.

Ἔχω, *pro* ἀνέχω, sustineo, σχήσεσθαι, *fut. infin. med.*

109 Ἀμώμητος, ος, ὁ ϗ ἡ, inculpabilis, irreprehensibilis, inculpatus; *ab* α *privat.* & μωμέομαι, increpo; *quod à* μῶμος, ου, ὁ, dedecus; *est & deus quidam reliquorum irrisor & reprehensor: dicitur etiam de homine, qui hunc deum imitatur, & alios homines deridet.*

116 Δυσώνυμος, ος, ὁ ϗ ἡ, cui malum & infaustum est nomen; & *generaliter,* infaustus, tristis, infelix, *ut hic, à* δυς, & ὄνομα.

119 Νείσσομαι, *seu* νίσσομαι, eo, redeo; *à* νέω, *idem.*

122 Ἀναπεπταμένος, η, ον, apertus. *Vide* πέπταται, ε. 195.

133 Ὑετὸς, οῦ, ὁ, pluvia; *ab* ὕω, pluo.

137 Αὖος, αὔα, αὔον, aridus; *ab* αὔω, sicco.

147 Δέχαται, *pro* δεδέχαται, *hoc autem pro* δεδεγμένοι εἰσί· *à* δέχομαι.

Κολοσυρτὸς, οῦ, ὁ, confusanea multitudo, tumultus; *à* κόλον, magnum, & σύρω, traho. *Eustath.* μέγας θόρυβος· *aut, secundum alios, proprie* ille streptus qui excitatur, quum virgultorum stipularumve fasces per terram trahuntur; *à* κολόω, amputo.

148 Δοχμὸς, ὴ, ὸν, & δόχμιος, ία, ὁ ϗ ἡ, ψ. 116. obliquus *à* δέχομαι, *inquit Harm. quia obliqua & curva facile observamus, prehendimus, & tenemus.*

149 Κόμπος, ου, ὁ, crepitus, *proprie* apri dentes acuentis, sonitus saltantis, *hinc* κομπέω, resono.

156 Ἔραζε, ad terram.

157 Ζαὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, vehementer flans; *ab* ἄω, flo, spiro, & ζα *in compos.* valde, *Odyss.* μ. 313. *in accusativo* ζαὴν· ὦρσεν ἐπὶ ζαὴν ἄνεμον.

Δονέω, *fut.* ήσω, agito; *à* δα, & ὀνόω, *pro* ὀνόθω, moveo, impello; *hinc* δόναξ, κος, ὁ, arundo, κ. 467. *quod à ventis agitatur.*

160 Αὔτευν, *pro* ἀΰτων, sonabant, ἀΰτέω· *quod ab* αὔω, clamo.

161 Μύλαξ, κος, ὁ, lapis molaris; *à* μύλη, ης, ἡ, mola, *Od.* ν. 104. *à* μεῖον ἀλοᾶν, *Martin. quasi* λίαν μειοῖ, *id est, minuit, Harm. est in genere,* lapis, *ut hic.*

163 Ἄλαστος, χ. 261. *Dor. pro* ἄληστος, ου, ὁ ϗ ἡ, cujus erit memoria perpetua; *ab* α & λανθάνω· *item,* qui mala, quorum obliviscí non possumus, intulit; *hinc* ἀλαστέω, *fut.* ήσω, indignor, *proprie,* ob mala τὰ ἄλαστα, mœrore afficior.

167 Σφὴξ, κὸς, ὁ, vespa; ἀπὸ τῆς διασφάγος, *quoniam insectæ in medio sunt vespæ.*

168 Οἰκίαι, & τὰ οἰκία *dicuntur aliquando* nidi, avium domicilia, *ut hic.*

Παιπαλόεις, όεσσα, όεν, præruptus, asper; *à* παίπαλα, ων, τὰ, *in plurali numero,* locus præruptus; *ab* αἰπὺς, εῖα, ὺ, asper, & excelsus, *pleonasmo*

pleonaſmo τῦ π. *aliquando* παιπαλόεις *ſignificat* pulverulentus, *ut hic, & tum derivatur à* παιπάλη, ης, ἡ, pulvis, cinis, farina tenuiſſima.

Ἀλῶναι. *Vid.* β. 374. 172

Θεσπιδαὴς, έος, ὁ ϰ᾽ ἡ, divinitus ardens, *aut* divinitus lapſus; *à* θέσπις, 177
ιος, ὁ ϰ᾽ ἡ, vaticinus, ὃν θεὸς ἐνίσποι, quem deus alloquatur, & δαίω, uro.

Ἀχαχείαλο, *poët. pro* ἀχαχέαλο, *quod Ion. ponitur pro* ἀχάχηνλο, triſtati 179
erant; *ab* ἀχάχημαι.

Τυγχάνω, *aliquando* conſequor, aſſequor, contingo, *proprie*, de ja- 189
culantibus, qui propoſitam metam telis ad eam directis attingunt, *ut hic, & ſæpe ante, & generaliter etiam*, aſſequor, nanciſcor, obtineo, &c. *fut.* τυχήσω, *ut ante.*

Αὐτοσχεδὸν, prope, cominus; *hinc* αὐτοσχέδιος, ία, ον, qui prope eſt, 192
ex tempore factus, tumultuarius; αὐτοσχεδία μάχη, pugna quæ cominus fit; & αὐτοσχεδὶην *ſæpe uſurpatur adverbialiter, ut hic*; *à* Σχεδὸν, prope.

Ὑψιπέτης, υ, ὁ, alte volans, altivolus; ὕψος, εος, τὸ, & πέτομαι. 201

Δῆμος, υ, ὁ, *aliquando adjective*, qui eſt ex plebe, plebeius, *ut hic.* 213

Ὑποκρίνω, *hic*, interpretor. 228

Θεοπρόπος, υ, ὁ ϰ᾽ ἡ, vates divinus, qui oraculum conſulit. *Vid.* α. 84.

Ζόφος, υ, ὁ, caligo, tenebræ, occaſus ſolis, *ut hic*; *dicitur quaſi* ζάνοφος, 240
ex ζα, & νέφος, *idem.*

Μενεδηϊῶ, υ, ὁ ϰ᾽ ἡ, audax, bellicoſus; *à* μένος, εος, τὸ, & δηΐος, ία, 247
ων, *quod à* δαίω, vaſto, incendo; *vel quaſi* μένων ἐν τῇ δηΐδι, in pugna perſeverans.

Μαχήμων, ονος, ὁ ϰ᾽ ἡ, pugnax, *à* μάχομαι.

Παρφάμενος, *pro* παραφάμενος· *à* φημὶ, dico. 249

Θέλγω, *fut.* ξω, mulceo, demulceo; *quaſi* εἰς τὸ θέλειν ἄγω, impello 255
quocunque velim; *hinc* θελκτὴρ, ῆρος, ὁ, delinitor, *Hymn. in Æſculap.* 4. & θελκτήριον, ίυ, τὸ, illecebra, ξ. 215.

Κροσσὸς, ῦ, ὁ, fimbria, limbus, κρόσσαι, *Metaph.* pinnæ murorum, 258
444. *hujus libri, aut* turrium, *ut hic.*

Ἔπαλξις, εως, ἡ, propugnaculum muri; *ab* ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur.

Μοχλεύω, *quod aliquando etiam* μοχλέω, *aliquando* μοχλόω, vectibus 259
avello, *vel* moveo; *à* μοχλὸς, ῦ, ὁ, vectis quo aliquid movetur; *ab* ὀχλεὺς, *idem*; *quod ab* ὀχλεύω, moveo.

Ἔχμα, τος, τὸ, retinaculum; *vel potius*, junctura, id, quo res duæ 260
cohærent, ſtabilimentum. φ. 259. *eſt* obſtaculum; *idem* ὄχμα, τος, τὸ, *ab* ἔχομαι· *vel ab* ἴσχω, teneo, detineo.

Φράσσω, *ſeu* φράτλω, *fut.* ξω, ſepio, munio, addenſo. 263

Κελευθιάω, *poët. pro* κελευθιάω, *metri gratia, idem quod* κελεύω. *à* κε- 265
λευστὴς, ῦ, ὁ, juſſor, hortator.

Μεσήεις, εσσα, εν, *poët.* mediocris; *à* μέσος, η, ον, medius. 269

Ὁμοκλητὴρ, ῆρος, ὁ, adhortator, objurgator, minax; *ab* ὁμοκλὴ, ῆς, ἡ, 273
ξ. 137. hortatio, comminatio; *ab* ὁμῦ, & κέκλομαι, *unde* ὁμοκλάω, β. 199. *ſeu* -έω, o. 658. hortor vociferando, minaciter clamo, increpo.

Νιφάδες χιόνος, grumi nivis. *Vid.* γ. 222. 278

Λωτόεις, εσσα, εν, loto abundans; *hinc* λωτόεντα, & *Attic.* λωτῶντα, 283
ſed Dor. λωτεῦντα· *à* λωτὸς, ῦ, ὁ, lotus, *arbor quædam, eſt & ex herbarum genere, ut ante*, β. 776.

Πλάζω,

285 Πλάζω, *per Syncop. pro* πελάζω, appropinquo, accedo; *hinc* προσπλάζω, *pro* προσπελάζω *idem*; *à* πέλας prope.

287 Πωλάομαι, *pro* πολάομαι, volo, volito, & *Metaph. de rebus quæ rapido cursu feruntur, tam inanimatis, quam animatis dicitur*; *à* πέτομαι, *idem.*

293 Εἵλιξ, *vel* ἕλιξ, κος, ὁ, ἡ, circumvolutio, volumen; *capitur etiam adject. pro* intorto, & implicito; ἕλικες βόες, *dicuntur apud poëtas, vel* nigri, *vel* flexiles, *vel* à retortis cornibus, *vel* à crurum flexu, *vel quod in* ἕλει τεθραμμέναι, quod in paludibus & pascuis nutriantur, *ut grammatici annotant.*

295 Ἐξήλατος, ος, ὁ ἡ, extensus, extrinsecus obductus; *ab* ἐλαύνω, ductile opus facio.

Χαλκεὺς, ῆος, ὁ, faber ærarius, *vel* ferrarius; χάλκειος, εία, ειον, æreus, *à* χαλκὸς, οῦ, ὁ, æs. *Vid.* α. 235.

297 Ῥάβδος, ος, ἡ, virga, bacillum; παρὰ τὸ ῥαβδίζειν, fuste percutio, *tunc acuitur*; *vel*, παρὰ τὸ ποιεῖν ῥᾳδίως βαδίζειν, quod gressum juvet, & *tunc circumflectitur. Eustath. est* in clypeis, futuræ in ambitu scuti, virgis similes, *ut hic.*

301 Δόμος, ος, ὁ, domus, caula, *in specie, ut hic.*

302 Βώτωρ, *idem quod* βωλήρ, pastor; *à* βόσκω, pasco.

314 Πυροφόρος, ος, ὁ ἡ, ignem ferens, *pro quo frequentius dicitur* πυρφόρος· *sed in hac significatione non legitur apud Homer. à* πῦρ, ignis, & φέρω· *item*, triticum ferens, ferax; *à* πυρὸς, triticum; *pro* πυροφόρος, *in hac significatione legitur, Odyss.* γ. 495. & *Hymn. in Apoll.* πυρηφόρος.

323 Ἀγήρως, ω, ὁ ἡ, *idem quod* ἀγήραος *ante.* β. 447. senectutis expers. *Accusativus* ἀγήρω, *sine* ν *reperitur, & in masculino & fœminino*; *aliquando etiam* ἀγήρων, *cum* ν *in neut.* ἀγήρον.

331 Πλεῶν, *Attic. pro* Πλειών· *à* Πλειώς.

334 Ἀρὴν, *pro* ἀρὰν, *ab* ἀρὰ, ᾶς, ἡ, *hic*, noxa, damnum. *Vid.* α. 16.

335 Ἀκόρητος, ος, ὁ ἡ, insatiabilis. *Vid.* η. 117.

337 Βώσας, & βώσομαι, *ac* βώσεσθαι, *apud poëtas sæpe reperiuntur pro* βοήσας, βοήσομαι, & βοήσεσθαι, *per contractionem facta*; *hinc* βωτρέω, voco, *Od.* μ. 124.

340 Ἐπώχετο, 3 *sing. imperf. ab* ἐποίχομαι· *quidam legunt* ἐπώχατο, *quod si sic legendum, esset Ion.* ἐπωγμένοι ἦσαν· *tertia plur. pluscq. perf. pass. verbi* ἐποίγω.

347 Ζαχρηὴς, ές, ὁ ἡ, valide, acriter, magno cum impetu irruens, & invadens; *à particula* ζα, & χράω, invado furiose; *idem quod* ἐπιπίπλω.

380 Μάρμαρος, αρος, ὁ ἡ, albus, ω. 735. *vel substantive sumitur pro* μάρμαρος λίθος, *ut hic*; *à* μαρμαίρω, splendeo, rutilo: *nam quæ candicant, ea ex se splendorem vibrant*; *est & aliquando* marmor.

384 Ἀράσσω, *seu* ἀράττω, amputo, abscindo, *proprie*, διὰ τῦ ξιφήρυς τέμνω· παρὰ τὸ ἄρης, ferrum.

385 Ἀρνευτὴρ, ῆρος, ὁ, urinator; παρὰ τὰς ἄρνας, agnos; οἳ εἰώθασιν ἐπὶ κεφαλὴν ἄλλεσθαι ὥσπερ τὸν ἀέρα κυρίσσοντες, qui solent in caput desilire velut aërem cornibus impetentes, eodem modo urinatores prono capite se immittunt in aquas.

Γυμνόω,

Γυμνόω, *fut.* ώσω, denudo, ſpolio; *à* γυμνὸς, ἡ, ὸν, nudus; *ſæpe ſignificat apud Homer.* inermem, nudum armis, ϖ. 815. *dicitur* ϖαρὰ τὸ γυῖα μόνα ἔχειν, quod ſolum habeat corpus, qui nudus eſt. 389

Βραχίων, ονος, ὁ, brachium, lacertus; *quaſi* βραχυκίων, *vel quod ſit* βραχίων, *id eſt,* βραχύτερ☉ τῦ λοιπῦ μέρως τῶν χειρῶν, *quod deſinat ad manuum junctura, iiſque totis ſit brevius.*

Δηριάω, *f.* άσω, contendo, rixor, pugno, *à* δῆρις, εως, ἡ, contentio, pugna, prælium; *hoc autem à* δαίρω, cædo, verbero, *vel à* δαίω, divido; *eſt &* δηρίω, *vel* δηρίζω, ρ. 734. *&* δηρίνομαι, ϖ. 756. *idem cum* δηριάω. 421

Ἐπίξυν☉, ϑ, ὁ ϰ᾽ ἡ, communis, promiſcuus; *à* ξυνὸς, ἡ, ὸν, communis, ο. 193. *quod Atticum eſt, pro* κοινός. 422

Πτερόεις, εσσα, εν, volatilis, velox, levis, *ut hic.* 426

Ἐρράδαται, *&* ἐρράδαται, *Ion. pro* ἐρραδμένοι εἰσὶ, *&* ἦσαν, *tertia perſ. plur. præt. & pluſquamperf. paſſ. ex tertia ſingulari* ἔρραται, *correpta primum penultima auferendo* σ, *deinde ante* τ *inſerendo* δα· *à* ῥάζω, *idem quod* ῥαίνω, *in hunc modum* ἀγωνίδαται, *&* ἀγωνίδατο, *ab* ἀγωνίζομαι· κεχωρίδαται, *à* χωρίζομαι· ϖεφράδαται, *à* φράζομαι· ἐσκευάδατο, *à* σκευάζω, *&* ὠνομάδατο, *ab* ὀνομάζομαι, *&c.* 431

Χερνῆτις, ιδος, ἡ, mulier victum quærens, nendo manibus; *à* χεὶρ, manus, *&* νέω, neo; χερνήτης, *maſc. item generaliter,* manibus quæſtum faciens. 433

Σταθμὸς, ῦ, ὁ, *aliquando* ſtatera, libra, *ut hic; & tum derivatur ab* ἵστημι, appendo. 434

Subjungit hic & alios ſummi viri (Homeri *ſc.*) *imitatores, quem eruditionis omnis promum condum lubenter agnoſcunt antiqui. Rhetoricam ex eo deduxit* Telephus *Pergamenſis* ——*ad eum Geographiam refert* Strabo; *ad eum Aſtronomiam. Et Poëtæ patrem ſuum non inviti appellant, &c.*

Langius Jo. *Epiſt. Medic. l.* 1. *Ep.* 41.

Zoilus *Homeromaſtix editis aliquot libris* Homerum *omnifariæ doctrinæ fontem apud* Ptolemæum *Ægypti regem calumniatus eſt.*

Laſcaris Conſt. *Carm.* Εἰς τ Ὅμηρον.

—— Διὸς ἔκγονος, ἕδραιον ὅσσα
Γαῖα, θάλασσα, ἀὴρ, ὑπαὶ θεὸς ἔχει.
[Non ergo, quicquid fama mendax finxerit,
Τυφλὸς γ' Ὅμηρος, ὅτε νῦν, ὅτ' ὤμμαιλα.]

Lemnius

Lemnius Si. *Præfat. in Odyſſeam ad Ann. Montmor.*

Crede mihi, jactat nil Græcia *majus* Homero.

[Et paucis interjectis]

Smyrnæi *campos miratur* Græcia *vatis,*
Hoc etiam obſtupuit decolor Indus *opus.*
Cantaber, *& gelidi Borea novere* Geloni,
Quique bibit Nili *fontibus amnis aquas.*
Exemplis melius magno docet ille Platone,
Atque Stagiritæ *clarius arte ſenis.*

Leo Allat. *Ep. Ded. præfixa Libello de patria Homeri.*

In earum (literarum) ſplendore velut primas ante alios tenens, caput non ſine omnium admiratione extollit Homerus.

Id. *Ejuſdem libri cap.* 4.

Nemo ante Homerum *Poëta, nemo poſtea ad eum.* Nec omittendum elegans illud de *Homeri* Patria Anagramma, quod ex *Hieron.* Genuino ibidem c. 14. affert idem vir doctiſſimus,

Homerus Poëta, Iliados & Odyſſeæ Auctor.
Mire Vates, ô decus, ô ſola Chii patriæ laus.

Leopardus *Emendat. l.* 19. *c.* 14.

Homeri *verſus olim adeo erant noti, ut ex hemiſtichio facile totus locus intelligeretur, erantque plerique proverbiales.*

Libanius *Exempl. Progymnaſm.*

Πᾶσιν ὧν οἶμαι δεῖν βοηθεῖν τοῖς ποιηταῖς, Ὁμήρῳ δὲ κὴ πρὸ τ' ἄλλων δίκαιον, κοινῷ προγόνῳ τ' Ἑλληνικῆς σοφίας γεγενημένῳ.

Id. *In Paraſito* ἀδείπνῳ.

Ὦ θεόταλε ποιητῶν Ὅμηρε, πάνλα μὲν σοι σὺν ἀληθείᾳ πεποίησαι, &c.

Lilius Gyrald. *De Poët. Hiſt. Dial.* 2. *ubi de Homero.*

Aliquos & hodie eſſe videmus, qui audent (quod dicitur) os in cœlum ponere, ipſumque Poëtarum Deum in ordinem nunc demum redgere. ——Et aliquanto poſt: *Cætera* Homeri *carmina collegit* Herodotus & Suidas. *Sed inter omnes præcipue celebrata* Ilias & Odyſſea, *in quibus totius Philoſophiæ & artis Oratoriæ, nec non Poëtices lumina conſpiciuntur.*

Id. *Dial.* 6.

Sed enim Homerus, *qui omnis Poëticæ largiſſimus fons eſt, his carminibus (Tragicis ſc. Comiciſque) exempla præbuit, & velut quadam ſuorum operum lege præſcripſit, qui* Iliadem *inſtar Tragœdiæ,* Odyſſeam *ad imaginem Comœdiæ feciſſe monſtratur.*

Lipſius

Lipſius *Manud. ad Stoic. Philoſ. l.* 1. *Diſſert.* 4.

Optimus vatum.

Idem Notis ad *Velleium Paterculum* [ubi ad luculentum & illuſtre illius Hiſtorici de *Homero* teſtimonium hæc habet.]

Amo, amo te, Vellei, *ob hæc judicia. Ille vero non ſummus ſolum Poëtarum, ſed ſolus; nam quis aliorum non peccat?* [Et mox poſt citata *Ariſtotelis* & *Platonis* de *Homero* teſtimonia, hæc addit] *Alios quid cumulem? Nemo tam conſentienti judicio ſapientum omnis ævi laudatus eſt, &c. ab iis maxime, qui ipſi laudatiſſimi. Abi igitur, imperitia, aut livor, tu capere, tu carpere non potes immortalem hanc cæleſtemque naturam.* [Inſigne hoc ſummi, acutiſſimique Critici de Poëta noſtro judicium atque teſtimonium; & quod inſtar multorum ſit. Quod ergo ille *Velleio* ſuo, quidni & ego illi, Amo, amo te, *Lipſi*, ob hæc judicia, &c.]

Id. ibid.

Homerus *primus doctrinarum & antiquitatis parens; nec poſt eum natus, qui germanitus exprimeret aut referret. Omnium rerum, omnium artium, omnis non prudentiæ ſolum ſed ſapientiæ veſtigia aut expreſſa, aut recondita ſunt in illo.* Et poſt pauca: *Sed diffundor in laudes viri, quem fateor me non æſtimare, ſed venerari, nec venerari, ſed pæne dicam, adorare.*

Livius *Hiſt. l.* 37.

Agrum opulentum, quem vocant Thebes *campum,* Homeri *carmine nobilitatum.*

Longinus Περὶ Ὕψες.

Τὸ Ὁμήρε παροίξῃ μεγαλοφυὲς ἐν τῷ (Οὐρανῷ ἐσήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει) τὸ ἐπ' ἀρανὲν ἐπὶ γῆς διάσημα· καὶ τῦτ' ἂν εἴποι τις ὃ μᾶλλον τ' ἔριδος, ἢ Ὁμήρε μέτρον (Fuit præterea *Longinus* iſte Criticus & Rhetor inſignis, *Homeri* ſtudioſiſſimus: ſcripſit enim Ἀπορήματα Ὁμηρικὰ· Εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος· Προβλήματα Ὁμήρε, aliaque id genus plura.]

Lucanus *Pharſal. l.* 9.

Quantum Smyrnæi *durabunt Vatis honores,*
Venturi me, teque legent.——

Lucianus *Jove Trag.*

Ὅμηρός σοι δοκεῖ ἄριστος ποιητὴς γενέσθαι; καὶ μάλα, &c.

Id. *Ver. Hiſt. l.* 2.

Ποιητῶν δὲ τῇ μὲν ἀληθείᾳ παρὰ πολὺ κράτιστος Ὅμηρος.

Id. *Demoſth. Encom.*

Οὐδ' Ὅμηρος ἐλλιπὴς ἀριθέσεων, ἢ παρισώσεων, ἢ ῥημάτων τραχύτητος, ἢ καθαρότητος, ἀλλ' ἔοικε φύσει ὑπάρχων ταῖς δυνάμεσι τὰς ἀρετὰς ἐπιπεπλέχθαι.

Lucretius

Lucretius *Lib.* 3.

Adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus
Sceptra potitus ——

& alibi

——*ſemper florentis* Homeri.

Lycurgus *Orat. adverſus Leocratem.*

Βέλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸ Ὅμηρον παραχῶσαι ἐπαινῶν· οὕτω γὰρ ὑπὲλαβεν ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητὴν, ὥστε νόμον ἔθεντο, καθ' ἑκάστην πεντετηρίδα τῶν Παναθηναίων, μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖν τὰ ἔπη.

Lydiatus *Diſquiſ. Phyſiol. de Orig. fontium, &c.*

Ethnici Philoſophi in unius Homeri *Poëſi omnium artium principia quærunt.*

Macrobius *in Somn. Scip. l.* 2. *c.* 10.

Homerus *divinarum omnium inventionum fons & origo.*

Id. *Saturn. l.* 5. *c.* 3.

Tria hæc ex æquo impoſſibilia judicantur, vel Jovi *fulmen, vel* Herculi *clavam, vel verſum* Homero *ſubtrahere.*

Ibid. *c.* 13.

Non eſt erubeſcendum Virgilio, *ſi minorem ſe* Homero *vel ipſe fateatur.*

Ibid. c. 16.

Homerus *omnem poëſin ſuam ita ſententiis farſit, ut ſingula ejus* ἀποφθέγματα *vicem proverbiorum in omnium ore fungantur.* Et poſt pauca: *Fortunam* Homerus *neſcire maluit, & ſoli Deo, quem* θεὸν *vocat, omnia regenda committit, adeo ut hoc vocabulum* τύχη *in nulla parte* Homerici *voluminis nominetur.*

Magius Hier. *Miſcellan. l.* 3. *c.* 1.

Princeps Poëtarum habitus ſemper eſt Homerus. Et iterum: *Illud accidit, quod* Homerus *pro Deo eſt habitus, cui & templa dicata ſunt; &c.*

Majoranus *Præfat. in Euſtath. Rom. Edit. præfixa, ad Jul.* 3. *P. M.*

Itaque nemini mirum videri debet, nullum eſſe magni nominis vel Græcum vel Latinum ſcriptorem, qui vel maximum Philoſophum, clariſſimum Poëtam, eloquentiæ parentem, inventionum originem, naturæ conſcium, ingeniorum fontem, vitæ magiſtrum, διατύπωσιν *atque* ἱεροφάντην, *& ſine exemplo maximum,* Homerum *eſſe non prædicavit.*

Majoragius *Præfat. in Homeri Iliad.*

Nam & Apollinis *oraculum* Homeri *carminibus ſæpe traditum legimus: & Philoſophorum principes,* Plato *atque* Ariſtoteles, Homeri

teſtimonio

teſtimonio frequentiſſime utuntur, & ab Homero, *tanquam omnis ſapientiæ fonte, omnes Philoſophantium ſectæ promanarunt. Rhetores* Homerum *ita ſuſpiciunt, ut eum omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dediſſe fateantur. Grammatici, &c.*

Id. *ibid.*

Qui non Poëtica modo, ſed Oratoria virtute eſt eminentiſſimus; neque ullum exſtat Opus humanum, quod Homericæ *Poëſi præferendum eſſe videatur.* Et poſt aliquammulta: *Quantæ enim temeritatis & impudentiæ fuit* (Zoilum τὸν Ὁμηρομάστιγα hiſce verbis perſtringit) *eum damnare Poëtam, quem omnes certatim ſapientes ſummis in cœlum laudibus ferunt, quem omnes ſuſpiciunt, admirantur, ſemper in manibus habendum cenſent, &c.* [Vid. integram illam Præfationem τοῖς φιλομήροις lectu digniſſimam.]

Manilius *Aſtronom. l.* 2.

——*Cujus ex ore profuſos*
Omnis poſteritas latices in carmina duxit,
Amnemque in tenues auſa eſt deducere rivos
Unius fœcunda bonis ——

Martialis *Epigram. l.* 5. *Ep.* 10.

Ennius *eſt lectus ſalvo tibi, Roma,* Marone,
Et ſua riſerunt ſecula Mæonidem.

[Nempe optima quæque ingenia, dum in vivis ſunt, præſens ætas aut contemnit, aut faſtidit, aut livore proſequitur.

Hi ſunt invidiæ nimirum, Regule, *mores,*
Præferat antiquos ſemper ut illa novis,

uti ibidem queritur idem vates *Bilbilitanus. Et* Horat. Virtutem incolumem odimus, &c. *Et* (ni fallor) *Tacitus,* Vetera in laude, præſentia in faſtidio ſunt.]

Martianus Capell. *De Nupt. Philolog. l.* 1.

Poëtæque præcipue Euagrium [vel potius, emendante Grotio, *Oeagrium, Orpheum,* ſc. *Oeagri* filium] *cithariſtam ſecuti, cæcutientiſque* Mæonii *ſuaviloquam ſenectutem, &c.*

Martinius M. *in Lex. Philolog. voce Homerus.*

Homerus *Poëta inter Græcos celeberrimus, de cujus patria diverſæ urbes certant,*

Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ.

Max. Tyrius *Diſſert.* 16.

Ἐγωγε εἰς τὰς Ὁμήρου φωνὰς ἐμπεσὼν οὐκ ἔχων ὅπως ἐμαυτῷ τὸν ἄνδρα ἐπαινέσαι, ἀλλὰ καταλυθῆναι δέομαι αὐτῷ ἐπιδεῖναί μοι τῶν ἐπῶν, ἵνα μὴ ἀφθείρω τὸν ἔπαινον ψιλῇ λόγῳ, ἔξοχα δή τε βροτῶν, ὦ Ὅμηρε, αἰνέ-

ζομεν.

ζομ' ἁπάντων. Ἢ σέ γε μοῦσ' ἐδίδαξε Διὸς παῖς, ἢ σέ γε Ἀπόλλων! Ibid. aliquanto post: Ὁμήρῳ μὲ ἀποκηρύττεσθαι φιλοσοφίας ὁ ἡγεμὼν ἅπας γένους. Et interjectis nonnullis: Καὶ ἐδόκει μέρος Ὁμήρῳ ἄθεον, ἐδόκει δυνάστου ἄπορον, ἐδόκει ἀρχῆς ἔρημον· ἀλλὰ πάντα μεστὰ θείων ὀνομάτων, καὶ θείων λόγων, καὶ θείας τέχνης.

Melancthon *Serm. de corrigendis Studiis.*

Homerus *Græcis fons omnium disciplinarum.*

Id. *in Encomio Eloquen.*

Jamquæ scena res humanas verius repræsentavit, quam Homeri *carmen? ut fieri nequeat quin obiter & rerum admiratione tangamur, cum dictionem consideramus. Offerunt sese ultro spectanda morum exempla, &c. Mihi quidem omnium, quæ hominum ingenia peperere, nullum prudentius* Homerico *scriptum videtur.*

Minos Cl. *Commentar. ad Emblem. Alciat.*

Sic enim Homerus ingeniorum vertex *quatuor illa prima* στοιχεῖα *inter se pugnantia, & sese mutuo producentia effinxit, sub nominibus* Jovis, Junonis, Neptuni, & Plutonis.

Modius F. *Præfat. in Lect. Novantiqu. suas.*

Recte ut hæc quoque inter se conjunxisse videatur princeps & deus Poëtarum, cujus est illud, Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Moschus *Idyll.* 3.

——————Ὁμήρου

Τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα——————

Muretus *L.* 2. *Orat.* 12.

Nemo unquam repertus est, qui Homerum *præcipuum esse inter Poëtas negaret.*

Musurus M. *Epist. præfixa Etymolog. magno.*

Οὐχ' ἥκιστα δὲ τῶν πάντων Ὁμήρῳ τῷ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ σπέρματα παραχόντι τοῖς ἐπὶ τῇ ἀκροπόλει σοφοῖς.

Natalis Com. *Mythol. l.* 1.

In hoc rursus hi Poëtæ omnes conveniunt, quod omnibus idem scopus, & ad unum finem omnem omnium intendunt, ut homines meliores efficiant. Idcirco Homerus *ut prudentem atque omnibus virtutibus cumulatum* Ulyssem *effingens, &c.*

Neander M. *Ep. Nuncup. Luther. Catech. Græco-Lat. præfixa.*

Homerus *Poëtarum rex divinissimus, fons ingeniorum, primusque doctrinarum & antiquitatis omnis parens.*

Idem

Idem *Ep. Nuncup. Tryphiodoro suo præfixa.*

Homerus *ingenii cœlestis vates. Pictor ipse sapientissimus, admirabilis architectus multisciusque, seu potius cunctarum rerum apprime peritus* —— βασιλεὺς ποιητῶν ἁπάντων, *& de cujus amplissimis & splendidissimis cœnis omnes scriptores saturati, suas quisque particulas ad suos quosdam usus inde sibi decerptas domum retulerunt.* Et paulo post: *Veteres namque Reges etiam & principes* Homeri *scripta omnium fecerunt maximi, ut Poëmata de virtute ac justitia conscripta, quæ ut vitæ ac morum, denique consiliorum, & actionum omnium normam ac regulam, sibi sequenda in omni vita existimabant. Ea adeo etiam familiariter ipsis nota fuisse, ex* Plutarcho, *&c. liquet; ut versus* Homericos *in omni vita, in omni sermone, quodcunque etiam dicere vellent, ad quascunque res, casus, & eventus, qui in vita evenire solent, paratos ad manus & in numerato semper haberent.*

Nonius Marc. *In voce Sifilare.*

Hujus rei auctor est venerabilis Homerus, *Iliad.* 14. Ἀλλ' ὁ μὲν ὣς ὀπόλοιτο, Διὸς δέ ὁ σίφλωσε.

Nicetas Chon. *In Historia Gr. Imper.*

[Summus (ut videtur) *Homeri* admirator & imitator sedulus, ne dicam superstitiosus. *Homericas* enim tum voces tum phrases passim usurpat (quod mirum) etiam in soluta oratione. Unde hæc *Hieron. Wolphii* de eo censura in Annotationibus.] *Aptior fuisset* Choniates *scribendo Poëmati, quam historiæ, propter* Homeri *diligentem imitationem.*

Nonnus *Dionys. Lib.* 13.

—— Καὶ Ὅμηρον ἀοσσητῆρα καλέσσω,
Εὐσεβίης ὅλον ὅρμον.

Origenes *Contra Celsum, l.* 7.

Ὁ τῶν ποιητῶν ἄριστος Ὅμηρος.

Id. *Philocal. c.* 19.

Ὁ ἐν ποιήσει θαυμαστὸς Ὅμηρος.

Orosius *Hist. l.* 1.

In quo bello per decem annos cruentissime gesto, quas naves, quantosque populos idem turbo involverit atque afflixerit, Homerus *Poëta in primis clarus luculentissimo carmine palam fecit.*

Ovidius *Amor. l.* 1. *Eleg.* 8.

Aspice Mæoniden, *à quo, ceu fonte perenni,*
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Palingenius M. *Zodiac. Vit. l* 1.

Carminibus quamvis possis æquare Maronem,
Mæoniique *senis divinos reddere cantus.*

Panætius *Apud Ciceronem Tusc. l.* 1.

Plato *à* Panætio Homerus *Philosophorum appellatur, id est* (interprete *Phil. Pareo,* in Lexic. Critic.) *princeps & præstantissimus.* Ita enim

Pareus Phil. *Lexic. Critico.*

Homerus *pro principe & præstantissimo, sicut &* Rossius.

Idem *Narr. Hist. de vita & ob. D. Davidis Parei.*

Ut λπὸ τ παρεῖα: *nomen* Pareus *denominative formaverit* ὁ Παρεῖος, *sicut à Vatum maximo* Homero καλλιπάρῳ Ἀθήνη *nominatur.* Ubi tamen μυημονικὸν ἀναάξημα à doctissimo viro admissum. Nec enim hoc epitheton *Minervæ* unquam tribuit Poëta, sed vel *Helenæ,* vel *Briseidi,* vel si forte alii.]

Paræus Dan. *Spicileg. in Quintil.*

De cujus eloquentissima Rhetoris patria non secus inter scriptores disceptatur, atque olim de maximo illo Vatum Homero *contendebant septem illæ famigeratissimæ urbes,* Smyrna, Rhodos, Colophon, &c.

Paschalius C. *In Legato c.* 8.

Antiquissimus ille antistes sapientiæ (Homerus *sc.*) *describens* Thersitem, &c.

Patricius F. *Epist ad Senat. Senens. præfixa Lib. de Repub.*

Homerum *imprimis, qui Poëtarum parens fuit, & omnium disciplinarum dux.*

Id. *Ejusdem Operis l.* 2. *tit.* 6.

Homerus *namque &* Virgilius *tantam sibi laudem vendicarunt, ut ne spem quidem posteris reliquerint, non modo ad parem laudem adæquandam, verum ad imitationem, ac similitudinem obtinendam.*

Paterculus *Hist. l.* 1.

Clarissimum deinde Homeri *illuxit ingenium, sine exemplo maximum, qui magnitudine operum & fulgore carminum solus appellari Poëta meruit; in quo hoc maximum est, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari possit, inventus est.* [Insigne elogium, de quo vid. Lipsium ad locum.]

Paulus Silent. *Anthol. Gr. Epigram. l.* 3.

——— Πιερίδων τὸ σοφὸν στόμα, θεῖον Ὅμηρον.

Pausanias *Messen.*

Τὰ Ὁμήρῳ μὲ ἓν ὠφέλιμα ἐγένετο ἐν ἅπασι ἀνθρώποις.

Petrarcha

Petrarcha *Famil. Epist. l.* 9. *c.* 2.

Quid enim vir ingeniosissimus atque eloquentissimus nisi ipsum ingenii, & eloquentiæ fontem & originem (Homerum *sc.*) *vocat* Ambrosius, Macrobius, *& si omnes tacerent, res ipsa testatur; sed fatentur omnes.*

Petronius Arb. *Satyric.*

——— *Det primos versibus annos,*
Mæoniumque *bibat felici pectore fontem.*

Philemon *Apud Stobæum in Eclog.*

Τὸν δ' ἓν λέγοντα μὴ νόμιζ' εἶναι μακρὸν,
Μήδ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλὰ, κ᾽ πολὺν χρόνον·
Τεκμήριον δὲ τῦδε τ᾽ Ὅμηρον λάβε.
Οὗτος γὰρ ἡμῖν μυριάδας ἐπῶν γεγράφε,
Ἀλλ' ὧδ' εἰς Ὅμηρον εἴρηκεν μακρόν.

[Hinc testimonium suum de *Homero*, jam supra laudatum, sumpsisse videtur Nazianzenus.]

Philippus *Antholog. Gr. Epig. lib.* 1. *sub persona Apollinis.*

Ἤιδον μ᾽ ἐγὼ, ἐχάραττε δὲ Φοῖος Ὅμηρος.

Philo Jud. *De Confus. Linguarum.*

Ὁ μίγις κ᾽ δοκιμώτατος τ᾽ ποιητῶν Ὅμηρος.

Id. *l. de Abrahamo.*

Καθάπερ γὰρ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, μυρίων ὄντων ποιητῶν, κατ' ἐξοχὴν λέγεται.

Philostratus *In Heroicis.*

Τὸν Ὅμηρόν φησι ξένε, καθάπερ ἐν ἁρμονίᾳ μουσικῇ πάντας ψῆλαι τὰς ποιητικὰς τ᾽ τρόπων, κ᾽ τὰς ποιητὰς ἐφ' οἷς ἐγένετο, ὑπερβολὰς πάντας, ἐν ὅτῳ ἕκαστος ἦν αὐτῶν πράτιστος· μεγαλορρημοσύνῃ τε γὰρ ὑπὲρ τ᾽ Ὀρφέα ἀσκῆσαι, ἡδονῇ τε ὑπερβαλέσθαι τ᾽ Ἡσίοδον, κ᾽ ἄλλῳ ἄλλον. Et paulo post. Ταῦτα πάντα τ᾽ Ὅμηρον, δαιμονίως ἐξεργάσθαι φησὶ, κ᾽ τὰς μὲν ἡρῴας αὐτῷ μαίνεσθαι.

Picus Mirand. J. *de Ominis dignitate.*

Homerus ——— *Qui ut omnes alias sapientias, ita hanc quoque (sc. Magicam) sub sui* Ulyssis *erroribus dissimulavit.*

Pierius *Hieroglyph. l.* 24. *c.* 5.

Ab elaboratarum autem divitiarum similitudine factum crediderim, ut Homerum Platonici *dixerint in Pavonem abiisse, qui tantam rerum varietatem Poëticis coloribus ornatum explicuerit.*

Id. *l.* 34. *c.* 5.

Hæc melius ex Homero *declarabantur: Ait is, nullius disciplinæ quantumlibet remotæ nescius,* Jovem *cum reliquis Diis, &c.*

Pindarus *Nem. Odyss.* 7.

Ἐγὼ δὲ πλέον ἔλπομαι.
Λόγον Ὀδυσσέος ἢ πάθη
Διὰ τ' ἀδυεπῆ γενέθλαν Ὁμήρου.
Ἐπὶ ψευδέσσιν οἱ πολλαὶ γε μαχαναὶ.
Σεμνὸν ἔπεσί τι σοφία δὲ
Κλέπτει παράγοισα μύθοις.

Plato *Ion.*

Ὁμηρος ἄριστος καὶ θειότατος τῶν ποιητῶν.

Id. *De Republ. l.* 10.

Ὅμηρος πρῶτος διδάσκαλος καὶ ἡγεμὼν ἁπάντων τῶν καλῶν τῶν τραγικῶν.

Plinius Sen. *Histor. Nat. l.* 2. *c.* 6.

Ut principi literarum Homero *placuisse video.*

Id. *l.* 15. *c.* 2.

Homerus *primus doctrinarum & antiquitatis parens. Et* l. 17. c. 5. *Fons ingeniorum.*

Id. *l.* 7. *c.* 29.

Ingeniorum gloriæ quis posset agere delectum per tot disciplinarum genera, & tantam rerum operumque varietatem? nisi forte Homero, *Vate Græco, nullum felicius exstitisse convenit, sive operis fortuna, sive materia æstimetur. Itaque* Alexander Magnus *inter spolia* Darii *Persarum regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro, gemmisque ac margaritis pretiosum, varios ejus usus amicis demonstrantibus—— imo hercule, inquit, librorum* Homeri *custodiæ detur, ut pretiosissimum humani animi opus quam maxime diviti opere servaretur.*

Plinius Jun. *Epist. l.* 5. *Ep.* 6.

Vides quot versibus Homerus, *quot* Virgilius *arma, hic Æneæ, ille Achillis describat: brevis tamen uterque est, qui facit quod instituit.*

Plutarchus Περὶ Ἀδολεσχίας.

Μόνος Ὅμηρος τῶν ἀνθρώπων ἀψικορίας ἐξενήνοχεν, ἀεὶ καινὸς ὤν, καὶ πρὸς χάριν ἀκμάζων.

Id. *Lib. de vita Homeri.*

Εἴ τις μὴ παρέργως, ἀλλ' ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν εἰρημένων ἐπιλέγοιτο, Φανεῖται (Ὅμηρος *sc.*) πάσης λογικῆς ἐπιστήμης καὶ τέχνης σύλλογος γενόμενος, καὶ πολλὰς ἀφορμὰς καὶ οἱονεὶ σπέρματα καὶ λόγων καὶ πράξεων παντοδαπῶν τοῖς μετ'

μετ' ἀυλῶν παρεχόμενος, καὶ ὁ τοῖς ποιηταῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὰ πεζῶν λόγων συνθέταις, ἱστορικῶν τε καὶ διαρρηματικῶν.

Id. *poſtremis fere verbis ejuſdem libri.*

Πῶς δὲ οὐκ ἂν πᾶσαν ἀρετὴν ἀναβείημεν Ὁμήρῳ ὅπερ καὶ ὅσα αὐτὸς μὴ ἐτελεσιούργησε, ταῦτα οἱ ἐπιγενόμενοι ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ καλενόησαν· καὶ χρῶνται μέν τινες πρὸς μανίαν τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ, καθάπερ τοῖς χρησμοῖς τοῦ Θεοῦ.

Politianus *Præfat. in Hom.*

Dicturus de Homero *Vate, Doctrinarum omnium atque ingeniorum auctore & principe, &c.* Et poſt pauca: *Adeo nimirum ſeſe ſupra hominum conditionem Vates hic eminentiſſimus atque incomparabilis attollit, adeoque nihil mortale ſonat, ut merito illi & patria cælum, & mater eſſe* Calliope *videri poſſit.* Et aliquanto poſt: *Quid dicam de Philoſophia, in qua nulla eſt ferme nobilior poſterorum ſcientia, nec opinio celebrata, cujus non in Poëta* Homero *originem agnoſcamus.* [Sed & perlegenda integra illa *politiſſimi* ſcriptoris Præfatio, quæ inter ejus Opera habetur.]

Polyænus *Proœm. ad Strategem.*

Δοκεῖ δέ μοι γε ταῦτα συμβουλεύειν Ὅμηρος· ὅταν γὰρ πολλάκις ἄδῃ, ἢ δόλῳ, ἢ βίᾳ, ἄλλως δὲ παραγγέλλῃ ἢ τέχναις καὶ στρατηγήμασι χρήσασθαι καὶ τῶν πολεμίων, &c.

Polybius *Hiſt. l.* 6.

Ἢ καὶ τὴν ποίησιν ἄν τις ἐπαινέσειε, διότι παρῆκάγε τὴν Ὀδυσσέα τὴν ἡγεμονικώταλον ἀνδρῶν, &c.

Pontanus Ja. *Attic. Bellar. Synt. part.* 2.

Ubi (poſt aliquot de Homero elogia) *Hæc,* inquit, *perpauca de innumeris, quæ de hoc Poëtarum Deo à Poëtis, Oratoribus, Hiſtoricis, Philologis, Regibus, Imperatoribus præclariſſime dicta, ſcripta fuerunt.*

Porphyrius *De antro Nymph.*

Λογιζόμενοι ——— καὶ τὴν Ὁμήρου ὅση τις φρόνησις γέγονε, καὶ πάσης ἀρετῆς ἀκρίβεια.

Portus Fr. *Præfat. in ſuum Homerum.*

Tanta eſt Poëtæ hujus excellentia, tam multæ variæque virtutes, ut altero ſit opus Homero *ad eas non ornandas vel augendas, ſed recenſendas & enumerandas. Nemo dubitat hunc Vatem omnium præclariſſimarum rerum dediſſe ſemina, unde poſtea tot artes, tot liberales aiſciplinæ natæ, auctæ, ac confirmatæ ſunt. Ex hoc uno fonte varia genera Philoſophorum, quaſi ex immenſo mari Oceano flumina, &c.* Et poſt aliquammulta: *Tantum dicam, Poëtam hunc de genere humano, ac de iis qui artibus dant operam ita eſſe meritum, ut ſi om-*

nis ætas publico præconio ejus prædicet laudes, neſciam an ſatis tanto Poëtæ ſit factura.

Portus Æm. *Præfat. ad Lexic. ſuum Ionicum.*

Homerus *omnes Dialectos per ſuum Poëma diſperſas, mixtumque dicendi genus habet; quod carmen ejus reddit magnificentius, & admirabilius, & inſignem Poëtæ doctrinam & Poëticæ venæ felicitatem commendat.*

Priſcianus *Epiſt. præfixa. Lib. Grammat.*

Cujus mentem tam Homeri *credo quam* Virgilii *animam conſtare. Quorum uterque arcem poſſedit Muſicæ, &c.*

Proclus *Chreſtomath. apud Photium.*

Τὸ κοινὸν ὄνομα παντὸς μᾶλλον ἰδιώσαιλο, καὶ ἐκλήθη, ἐπεὶ καθάπερ καὶ ὁ Ὅμηρος ποιητὴν, καὶ ὁ Δημοσθένης τὸν ῥήτορα ἀφιέναι ——— Γεγόνασι δὲ τινες ἔπους ποιηταὶ, κράτιστος μὲν Ὁμηρος, &c.

Propertius *Lib. 2. Eleg. ultim.*

Cedite Romani ſcriptores, cedite Graji,
Neſcio quid majus naſcitur Iliade.

& alibi,

Nec non ille tui caſus memorator Homerus
Poſteritate ſuum creſcere ſenſit opus.

Pyrrho *Apud Diogen. Laërt. l. 9.*

Ἐμέμνητο μάλιστα μὲν Δημοκρίτου, εἶτα δὲ καὶ Ὁμήρου, θαυμάζων αὐτὸν, καὶ ζωηρὰς λέγων, Οἵη περ φύλλων τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Pythagoras *Apud Jamblich. de Vit. Pythag. c. 25.*

Χρῆσθαι δὲ (*ſolebat ſc.* Pythagoras) καὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου λέξεσιν ἐκλελεγμένως πρὸς ἐπανόρθωσιν ψυχῆς.

Quintilianus *L. 10. c. 1.*

Igitur ut Aratus *ab* Jove *incipiendum putat, ita nos rite cæpturi ab* Homero *videmur. Hic enim (quemadmodum ex* Oceano *dicit ipſe amnium vim fontiumque curſus initium capere) omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo in magnis ſublimitate, in parvis proprietate ſuperaverit. Idem lætus ac preſſus, jucundus & gravis, tum copia, tum brevitate mirabilis, nec Poëtica modo ſed oratoria virtute eminentiſſimus.* Et poſt nonnulla: *Quid? in verbis, ſententiis, figuris, diſpoſitione totius operis, nonne humani ingenii modum excedit? Ut magni ſit viri virtutes ejus non æmulatione (quod fieri non poteſt) ſed intellectu ſequi; verum hic omnes ſine dubio, & in omni genere eloquentiæ procul à ſe reliquit.*

Ramus *Dialect. Præfat.*

Quinetiam cum Ariſtoteles *ad perſpicue docendum exemplis uti jubeat,* οἷα Ὁμηρος, μὴ οἷα Χοιρίλος, *qualia* Homerus, *non qualia* Chœrilus

Chœrilus *habeat, nullum fere præceptum ſine popularibus & electis, id eſt,* Homericis, *non* Chœrilæis, *Poëtarum, Oratorum, Philoſophorum exemplis inſtitui.*

Rhodiginus *Lect. Antiqu. lib.* 16. *c.* 15.

Literarum parens Homerus.

Ritterſhuſius *Notis in Iſid. Peluſ. Epiſt. l.* 4. *Ep.* 30.

Apud Homerum *Odyſſ. χ. v.* 348. *eſt ἐν φυσι. Etſi autem hic fons ingeniorum & parens eruditionis iſtud elogium pronunciat ſub perſona Phemii muſici, &c.*

Sabellicus *Ennead.* 1. *l.* 8.

Sed quocunque fuit loco natus (Homerus *ſc.*) *quaeunque ætate, omnium (quod ſatis convenit) Poëtarum fuit eminentiſſimus, cunctarumque eloquentiæ partium origo.*

Salmaſius *Plin. Exercit. p.* 855.

His opponit (Horatius *ſc.*) *tanquam virtutis Poëticæ perfectiſſimam ideam unicum* Homerum.

Salmuthus *Comment. in Panciroll. Nov. Repert. l.* 2 *tit.* 10.

Cujus (Homeri *ſc.*) *laudes ſingulas ſi deprædicare velim, verear ne laborem ſuſcepturus ſim inanem, ac prorſus inutilem; cum nihil hoc aliud videri poſſit, quam eum laudare, quem nemo vituperat, ſed omnes venerantur & ſuſpiciunt———Eo quippe provectus eſt auctoritatis, ut non tantum* priſcæ Poëticæ divinus auctor apud Græcos ab *Apuleio l.* 9. *ſed & contentione ſumma* literarum parens & doctrinarum fons *à celeberrimis pronuntietur auctoribus.*

Scaliger Ju. *Poët. l* 5. *c.* 2.

Homeri *ingenium maximum: ars ejuſmodi, ut eam potius inveniſſe quam excoluiſſe videatur.*

Id. *De Cauſis L. L. lib.* 5.

Id expreſſit divinitus aliquando ſummus Poëta, Τὸ δέ τοι τετιλιγμένον ἔσαι.

Id. *in Poëm.*

Non homines, non me Muſæ peperere, ſed à me
Principium Muſæ patre tulere ſuum.

Id. *Comment. in lib. Hippoc. De Inſomniis.*

Vel vide Homerum, *vel* Herodoti *memineris; ſed quales viros? profecto facile principes utriuſque orationis; utrumque vero etiam ſapientem: Nam &* Homerum *nunquam putaſſem ſummum, & Phyſicum, &, ut, tum eſſe poterat, Theologum, niſi tam ſtulte de Diis locutus eſſet: neque enim tam vecors, tamque futilis eſſe potuit, ut ea ſic intelligeret; ſed ad ſiderum poteſtates, atque officia Geniorum omnia*

voluit referri [Hæc *Scaliger*, qui tamen alibi in *Homerum* iniquior, ut propterea non immerito vapulet à *Leone Allatio*, De Patria *Homeri*, cap. 4.]

Scaliger Jo. *Epiſt. l.* 1. *Ep.* 1.

Vix delibatis conjugationibus Græcis, Homerum *cum interpretatione arreptum* 21 *diebus totum didici: Poëticæ vero Dialecti veſtigiis inſiſtens Grammaticam mihi ipſe formavi, neque ullam aliam didici quam quæ mihi analogia verborum* Homericorum *obſervata fuit.*

Id. *Epiſt. l.* 3. *Ep.* 247.

Ut anni, ſic Poëſeos Græcæ quatuor tempeſtivitates fuiſſe animadverti. Prima fuerit illa, in qua principes Homerus & Heſiodus, *&c.*

Schottus A. *Præfat. in Phot. Biblioth. de Euſt.*

Cujus & in Homerum *Poëtarum prope Deum explicationes, &c.*

Id. *Nod. Ciceron. l.* 3.

Poëtarum omnium juxta ac Philoſophorum prope Deum Homerum, *&c.*

Schrevelius *Epiſt. Dedic. Homero ſuo præfixa.*

Poëtas inter Homerus *ſine omni controverſia palmam obtinet; utpote qui animos hominum à vitiis avocat, ad virtutem & honeſtatem excitat, atque acuit; mores corruptos emendat, &c.*

Id. *Præfat. ad Lectorem.*

Poſt mortem nominis immortalitatem aſſecutus eſt; & communis opinio percrebuit eum non ex mortali ſemine, ſed ex Deo natum; arbitrati ingenii ſagacitatem omni humana induſtria majorem —— *Quanti* Homerum *fecerint populi & Reges, qui ſapientia cæteris anteſtarent, teſtantur omnium ſeculorum hiſtoriæ.* —— *Vale* —— & Homerum *tibi diligenti lectione familiarem facito, ut in quo nullius non artis aut perfecta aut certe non dubia veſtigia reperiuntur; &, ut quidam ſcite illum vocat,* Πηγὴν τινα τῆ Διαλέκτε, ἢ τὸ ἀνθρωπίνε βίε παράδειγμα, ἢ οἰδὲ φωσφόρα τῶν ἄλλων ποιητῶν, ἕλληνάν τε ἢ τὸ τε ἄλλης θύρα λόγυς παιδείας ὑγιεινόν.

Seberus *Epiſt. Ded. Indici ſuo Homer. præfixa.*

Tanta fuit omnibus ſeculis Homeri *judicata dignitas, ut cum multi laudes ejus celebrare auſi fuerint, plerique tamen plene illas ſe aſſecutos negare haud erubuerint. Ac ſane quis putet ſatis dignis affici poſſe laudibus eum, quem univerſus pœne literatorum chorus non tantum cum* Platone *Poëtarum optimum ac diviniſſimum, vel cum Juriſconſulto præcipuum ac ſummum* omniſque virtutis patrem, *ſed cum* Dionyſio *etiam, &c.*

Seinius *P. L. de Nepenthe Hom. ſeu de abolendo Luctu.*

Magnum profecto, & Homero, *h. e. omnium Poëtarum Philoſophorumque principe dignum.*

Seneca

Seneca *Epiſt.* 58.

Poëta——jam apud Græcos in unius notam ceſſit, Homerum *intelligas, cum audieris Poëtam.*

Id. *Epiſt.* 88.

Illa diſcamus, quæ Homerum *facere ſapientem.*

Sextus Emp. *Adverſ. Mathemat. c.* 8.

Ἐπεὶ μὲ ἦν ποιητικὴ ἔγωγε Ὅμηρον τεθαύμακα.

Id. *c.* 10.

Πιθανόν ἐστι γεγονέναι μή τινας πρὸ αὐτῆ (Ὁμ. *ſc.*) ἢ κατ' αὐτὸν ποιητὰς· τότε δὲ ὑπὸ τ πᾶσι αὐτὸν λαμπρότητι ἐπεσκοτῆσθαι.

Sibylla *(Aut Sibyllin. ſaltem Carminum Auctor.) Orac. l.* 3.

Καί τις ψευδογράφος, πρέσβυς βροτὸς, ἔστι) αὐθις
Ψευδόπαιδος ——— ———
Νῶν δὲ πολὺν, ἢ ἔπος ἀφρονίας ἔμμιστρον ἔχει,
Οὐνόμασιν δυσὶ μισγόμενον. Χῖον δὲ καλέουσι
Αὐτὸν, ἢ γράψει τὰ κατ' Ἴλιον, ἃ μὴ ἀληθῶς,
Ἀλλὰ σοφῶς, ἔπεσιν ᾗ ἐμοῖς, μίτρων τε κραίνουσι.

Sidonius Apoll. *Carmine* 23.

Torrens Herodotus, *Tonans* Homerus.

Silius Ital. *Lib.* 14.

——— *Meruit Deus eſſe videri,*
Et fuit in tanto non parvum pectore numen.
Carmine complexus terram, mare, ſidera, manes,
Et cantu Muſas, *&* Phœbum *æquavit honore.*

Simonides *Carmine Elegiaco de brevit. vitæ.*

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μόνῳ χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί.
Ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνὴρ,
Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Socrates *Epiſt. ad Xenophont.*

Τὸ μηδὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν, ἐν τῷ ἄριστα τῷ ποιητῇ εἰρῆσθαι τιθέντες.

Solinus *Polyhiſt. cap.* 3.

Smyrna, unde præcipue nitet, Homero *vati patria exiſtit.*

Solon *Apud Diog. Laërt. l.* 1. *in Solone.*

Τά τε Ὁμήρε ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι, οἷον ὅπερ ὁ πρῶτος ἔλεξεν, ἐνθάδε ἄρχεσθαι τ ἐχόμενον· μᾶλλον ἢν Σόλωνι Ὅμηρον ἐφώτισεν, ἢ Πεισίστρατος. [Quanquam non verbale, ſed reale hoc teſtimonium *Solonis* ſit, hinc tamen liquido & aperte conſtat, quanti *Homerum* fecerit celeberrimus hic ſapientiſſimuſque *Athenienſium* legiſlator; quare nullo modo omittendum duxi hoc ipſius decretum, quo viz. cautum eſt, ut Rhapſodi in *Panathenæis Homeri* carmina recitarent (licet hoc inſtitutum

ſtitutum *Hipparcho Piſiſtrati* filio tribuant alii, ut *Plato* in *Hipparcho*, & ex eo *Ælianus* Var. Hiſtor. l. 8. c. 2.) præſertim cum & inter Auctores nomen & locum meruerit hic Sophus, utpote cujus *Elegi* & *Epiſtolæ* etiamnum hodie extant, & doctorum manibus teruntur.

Sophocles.

Græcorum Tragicorum Princeps, Μελιτίαι Ἀτλικὴ, Ἄνθος ἀοιδῶν, etſi nuſquam forte nominatim *Homeri* in Tragœdiis meminit (nec enim huic rei locus aut occaſio erat in tali argumento) quam religioſus tamen illius cultor ac ζηλωτὴς fuerit, jam olim obſervarunt Critici; qui & propterea Φιλόμηρον eum vocarunt. Et certe ubique hic Tragicus ſedulum ſe & ſtudioſum *Homeri* imitatorem oſtendit tam in verbis, quam in ſententiis; paſſim adeo Ὁμηρικὴν σκευωρίαν χάριν, ut ποιητὴς Ὁμήρου μαθητὴς à quodam è veteribus dici meruit; referente *Triclinio*: ſi modo is auctor ſit Vitæ *Sophoclis*, Tragœdiis ejus præfixæ. Hinc & *Polemon* (teſte *Suida*) appellare ſolitus eſt Ὅμηρον μὲν Σοφοκλέα ἐπικὸν, Σοφοκλέα δὲ Ὅμηρον τραγικόν. Poſtremo, etiam de *Sophoclea Homeri* imitatione Diſſertationem edidit vir doctiſſimus diligentiſſimuſque, & de Græca lingua optime meritus, *Henr. Stephanus*. Cothurnus itaque *Sophocleus Homericæ* grandiloquentiæ viva quædam effigies & imago eſt, eique ſatis amplum *Teſtimonium* præbet.

Spondanus *Proleg. in Homerum ſuum.*

Sane id ſummæ laudi Divino Vati (Homero) *tribui oportet, qui licet rei familiaris anguſtiis oppreſſus, tamen in tantas ingenii divitias emerſerit, ut neque priſtina, neque hodierna ſecula parem ullum ei protulerint____ Hinc Poëtæ, hinc Oratores,____ &c.*

Statius Papin. *Sylvarum l.* 5. *Epiced. in Patrem.*

Fons & magniloquo non poſthabuiſſet Homero.

Ibid.

Quantus equos pugnaſque virum decurrere verſu
Mæonides____

Stephanus H. *Diſſertat. præfixa editioni ſuæ Græc. Poët.*

Homerum *ita laudare ut poteram nolebam, non poteram autem ut volebam.*

Id. *Schediaſm. l.* 2.

Homerus *ita erat ab omnibus* παιπαλημένος *veterum ſcriptorum ætate, ut nullam ex ullo ejus loco vocabulum peti poſſit, nec ad quicquam, quod ille dixiſſet, reſpici ſive alludi, quin lectores ſtatim id animadverterent.*

Strabo *Geograph. l.* 11.

Ὅμηρος ὁ μόνον ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ποίησιν ἀριστῇ πάντας ὑπερβέβληκε τοὺς πάλαι καὶ τοὺς ὕστερον, ἀλλὰ καὶ θειότατος καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς τὸν βίον ἐμπειρίᾳ καὶ τὸν πολιτικόν. [Vid. plura ibid. ubi & *Homerum* Geographiæ principem eſſe fuſe demonſtrat.]

Id.

Id. *l.* 8.

Πιστεύσαι δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ σωφρονέστατοι καὶ πρεσβύτατοι καὶ κατ' ἐμπειρίαν πρῶτοι. Ὁμήρου δ' εἰς ταῦτα ὑπερφερόντως πάντας, ἀνάγκη ζωηρότερον καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ λεχθέντα.

Strada *Proluſ. Acad. l.* 1. *proluſ.* 3.

Cum lego Poëſin Homeri, *video ſapientiſſimum Vatem, &c.* & aliquanto poſt de eodem: *Poëta ingenioſiſſimus, qui probe noſſet unus, quid eſſet non ineptire.*

Stuckius *Antiq. Convivial. l.* 1. *c.* 27.

Præ cæteris quidem ſcriptoribus omnibus Homerus *omnia juſta legitimaque hoſpitalitatis officia egregie ſane mihi expreſſiſſe, ac ſuis quaſi coloribus depinxiſſe videtur in præclaris illis ſuis literarum monumentis, quæ quidem aliorum quoque officiorum vitæ humanæ præclara documenta, atque præcepta continent.*

Sturmius *Epiſt. ad Theoph. Golium.*

Credo ego omnium oratorum ornamenta & inſtituta in Homero *demonſtrari poſſe, ita ut ſi ars dicendi nulla extaret, ex hoc tamen fonte derivari & conſtitui poſſet.*

Suetonius *In & De Caligula cap.* 34.

Cogitavit etiam de Homeri *carminibus abolendis* [Præclarum vero facinus, & tali Imperatore dignum, *viz.* monſtro hominis.]

Suidas *In voce* Ὅμηρος.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν πατρίδα ἀμφίβολος (*erat* Homerus *ſc.*) διὰ τὸ ἀπιστηθῆναι ὅλως εἶναι θνητὸν τῷ μεγέθει τῆς φύσεως.

Symmachus *Epiſt. l.* 8. *Ep.* 22.

Et Homerum *novimus à diſſimilibus prædicari: careret quippe fama magnorum virorum celebritate, ſi etiam minoribus teſtibus contenta non eſſet.*

Syneſius *lib. de Inſomn.*

Ὅμηρος καὶ Στησίχορος τὸ μὲν Ἡρωικὸν φῦλον ἀφῆκαν τὰς ποιήσεις ἀνδῶν ἐπικυδέστερον ἔθεσαν· καὶ ἡμεῖς ὠνάμεθα δῆλα ζήλου τῆς ἀρίστης.

Tatianus *Orat. adv. Græc.*

Ὅροι δὲ ἡμῖν κεῖσονται Μωσῆς καὶ Ὅμηρος, τῷ ἑκάτερον ἀνδρῶν εἶναι παλαιότερον, καὶ τὸ μὲν ποιητῶν καὶ ἱστορικῶν εἶναι πρεσβύτερον, τὸ δὲ πάσης βαρβάρου Σοφίας ἀρχηγόν.

Tertullianus *Lib. de Anima.*

Homerus *Pater liberalium diſciplinarum.*

Id. *ibid. c.* 56.

Novimus autem præter Poëtica jura, pietatis quoque Homericæ *induſtriam, &c.*

Textor

Textor *Theatr. Hiſt. & Poët. l. 2. cap. 98.*

Homerum *Poëtarum omnium facile principem ferunt, cum jam ſenio confectus, &c.*

Themiſtius *Oratione* 16.

Οὐκ ἄρα μάτην ὁ Σοφώτατος Ὅμηρος ἀπεχθάζειν ἐν τοῖς ἔπεσι, Χωιχῶς ἀνυμνῶν τ' ἀυλὸν καὶ ἕνα παλέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Id. *alibi.*

Ὅμηρος προπάτωρ καὶ ἀρχέγονος τ' Πλάτωνος καὶ Ἀριστέλους λόγων.

Theocritus *Idyll.* 16.

——— Ἄλις πάντεσσιν Ὅμηρος,
Οὗτος ἀοιδῶν λῷστος ———

Id. *Idyll.* 7.

Καὶ μοῖσαν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν
Ἀγλαΐα κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζουσι.

Theodoretus *de curand. Græc. affect. l. 2.*

Τί γὰρ τ' Ὁμήρου ποιήσεως ἥδιον; τί δὲ τ' εὐεπείας ἁπάσης γλυκύτερον;

Theon *Progymnaſm.*

Πρῶτον μὲν Ὅμηρον ἐπαινέσομαι, ὅτι οἰκείους λόγους ἀπεδέδωκεν ἑκάστῳ τῶν εἰσαγομένων προσώπων.

Thucydides *l. 2. in Periclis Oratione funebri.*

Οὐδὲν προσδεόμενοι, ἢ τὸν Ὁμήρου ἐπαινέτου, ἢ ὅστις ἔπεσι μὲν τοιαυτίκα τέρψει, &c. Ubi Schol. Οὗτος Ὁμήρου, ἀπὸ μέρους τῶν πάντων ποιητῶν.

Thyſius Ant. *De Rep. Athen. p.* 267.

In Panathenæis *majoribus Rhapſodi* Homeri *Principis Poëtarum carmina, &c.*

Tibullus *Lib.* 4. *Carm. ad Meſſalam.*

——— *Æterno propior non alter Homero.*

Tiraquellus *De Jure Primigen. Qu.* 17.

Sed & ex Homero *quoque, illo virtutum omnium parente* Juſtiniano *appellato, ſortes rerum futurarum præſagia deprompta eſſe, teſtimonio eſt* Socrates *ille hominum ſapientiſſimus, &c. nec tamen iſtis ſortibus fidem eſſe adhibendam putarim.*

Id. *In Leg. Connubial. leg.* 1. *gloſſ.* 1. *part.* 1.

Paris *apud* Homerum *illum omnium diſciplinarum tanquam Oceanum quendam, &c.*

Tzetzes Jo. *Chiliad. carmine de Educat. filiorum.*

Ὅμηρος ἀυλὸς ἡ θάλασσα τῶν λόγων,
Πλὴν γέμουσα ζωῆς, οὐχ ἁλμυρῶν ὑδάτων.

Valerius Max. *lib.* 8. *c.* 8.

Homerus *ingenii cæleſtis Vates.*

Varro

Varro *Lib. de Imaginibus apud Agell. lib.* 3. *c.* 11. *Homeri imagini hoc Epigramma appoſuit, partim ſc. Lat. partim Græc.*

Capella Homeri *candida hæc tumulum indicat,*
Quod ariete (*vel*, ut quidam legunt, aræ Ietæ, *vel* ut alii, capra Ietæ) *mortuo faciunt ſacra.*

Ἑπτὰ πόλις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶς, Ἴος (*alii* Χίος) Ἄργος, Ἀθῆναι.

Vid. Hieron. Magium *Miſcellan. l.* 3. *c.* 1. & Leon. Allat. *De Patria* Homeri *c.* 11. *quorum uterque* Varronianum *hoc in* Homerum Epigramma Latino-Græcum fuſe & erudite explicat.

Victorius P. *Var. Lection. l.* 28. *c.* 18.

Omnis elegantiæ, omniſque in dicendo virtutis dux auctorque fuiſſe Homerus *non ſine cauſa exiſtimatur, quas inde poſtea ſtudioſe acceperunt non Poëtæ tantum Græci ac Latini, verum etiam Oratores.*

Id. *eod. l. c.* 3.

Hujus conſilii exemplum eſt apud Homerum: *vidit enim ille quoque, qui omnia divinitate ingenii ſui perſpexit, &c.*

Id. *l.* 35. *c.* 2.

Hæc elegans concinnaque ſententia fluxit è fonte omnis ſuavitatis & eruditionis Homero. Et alibi ſæpe in eandem mentem.

Vida Hier. *Poëtic. Lib.* 1.

Haud multos labor auctores tibi prodere Graios,
Quos inter potitur ſceptris inſignis Homerus.
Hunc omnes alii obſervant; hinc pectore numen
Concipiunt Vates, blandumque Heliconis amorem.
Felices, quos illa ætas, quos protulit illi
Proxima: divino quanto quiſque ortus Homero
Vicinus magis, eſt tanto præſtantior omnis.

Vitruvius *Præfat. l.* 7. *(loquens de Zoilo Homeromaſtige.)*

Ptolemæus *cum animadvertiſſet Poëtarum parentem Philologiæque ducem abſentem vexari, & cujus ab cunctis gentibus ſcripta ſuſpicerentur, ab eo vituperari, indignatus nullum ei dedit reſponſum, &c.*

Vives *De Trad. diſcipl. l.* 3.

(Homerus) *quæ ſcripſit, non dicere videtur, ſed ante oculos ſiſtere: Ea eſt quaſi depingendi vis & efficacia; qua virtute poſteros omnes ſine controverſia ſuperat, &c.*

Voſſius Ger. *Ep. Dedic. præfixa Inſtitut. Poët.*

De Homero *ſic ſtatuimus, nomen ejus non magis Poëtæ eſſe quam Philoſophi.—Ex quo Platonis* (Homeri *dubito, an* Socratis *ſimiliores*) *tum verba fluunt omnia, dictioque tota, prope adeo recedens à carmine, tum quoque omnigena illa rerum doctrina. Nec ſane* Alexandro *tam ſublimis ſpei adoleſcentulo, alium æque ac* Homerum *propoſuit* Ariſtoteles.

Winſemius *Præfat. in Hom. inter Declamat. P. Melanchth.*

Ac primum quidem ſic ſtatuo (de Homeri Poëmate loquitur) *nullum unquam ſcriptum inde uſque à primum condito orbe, ulla in lingua aut natione, ab ullo humano ingenio editum eſſe (ſacra ubique excepto) in quo vel doctrinæ tantum ſit, vel elegantiæ & ſuavitatis* —— [Sed conſule omnino & percurre integram illam Præfationem; operam non lude, Lector.]

Wolphius Hier. *Annotat. in Iſocr. Panegyr.*

Quanta fuerit Homeri, *non in vulgus tantum auctoritas, ſed & quanta doctorum de omnis generis doctrina ejus, & quadam quaſi divinitate opinio, non eſt obſcurum. In jure civili certe quidem* omnis virtutis parens *appellatur, &c.*

Id. *in Iſocr. Orat. c. Sophiſt.*

Homeri *auctoritas apud vulgus Græcorum tanti olim fuit, ut ejus ſententiæ pro oraculis haberentur, & ei refragari piaculi inſtar eſſet. Extant multorum orationes, qui demonſtrare conantur, eum nihil ignoraſſe, & omnes Philoſophos ſuarum opinionum occaſiones ex illius Poëſi petiiſſe.*

Wowerius *Polymath. c.* 19.

Linguæ plectrum, dentium vallum, vel ut Poëta præcipuus *ait,* ἕρκος ὀδόντων.

Xenophon *Memorabil. l.* 1. *in perſona Socratis.*

Ἐπὶ μὲν τοίνυν ἐπῶν ποιητῇ Ὁμήρου ἔγωγε μάλιστα τεθαύμακα.

Id. *Conviv.*

Ἴσε γὰρ δήπου ὅτι ὁ Ὅμηρος ὁ ζοφάτατος πεποίηκε ἀρετὴν περὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων.

Ibid.

Ὁ πάτηρ ὁ ἐπιμελέστατος ὅπως ἀνὴρ ἀγαθὸς γενοίμην, ἠνάγκαστε με πάντα τὰ Ὁμήρου ἔπη μαθεῖν.

Xiphilinus *Epit. Dion. In Adriano.*

Καὶ ἔτω γε τοιοῦτος ἦν (ac ſi diceret, adeo vecors & inſanus erat) ὡς καὶ τὸν Ὅμηρον καταλύων, Ἀντιμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰσάγειν, ὃ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο.

Xylander *Annot. in Plut. Homerum.*

Quis unquam niſi vel malus vel imperitus non maximi fecit Homerum? *quæ ætas, quæ gens eum non ſummis extulit laudibus?*

Id. *Præfat. ad eundem.*

Homerus *Princeps Poëtarum, & Oceanus ſapientiæ.*

Zanchius *De Operibus Dei l.* 2. *c.* 1.

Quin & Homerus *eandem ob cauſam, propter admirabilem ſcilicet rerum multarum cognitionem, appellatus fuit à multis, atque imprimis à* Dionyſio, δαιμονιώτατον.

Zeno Cit.

Stoicæ ſectæ Parens & Conditor, quem *Athenienſes* tanto in honore & pretio habuerunt, ut publicum fecerint decretum, eum στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ καλὰ τ νόμων, ἀρετῆς ἕνεκα κ σωφροσύνης (uti refert *Diog. Laërt.* lib. 7. in vita *Zen.*) quanti *Homerum* æſtimaverit, ſatis amplo id indicio ac *teſtimonio* eſt, quod Προδληωάτων Ὁμηρικῶν πέντε (ſc. βιβλία) ſcripſerit, teſte ibid. eodem *Laërtio.*

Zoilus.

——— *hoſce omnes interſtrepit anſer olores,*
Dumque alii plaudunt, exibilat unus Homerum.

Et hinc fœdum adeo & exoſum ubique *Zoili* nomen, ut jam *Zoilus* non hominis, ſed livoris, & maledicentiæ, & obtrectationis nomen habeatur, juxta illud *Ovidii* De Remed. l. 1.

Ingenium magni livor detrectat Homeri:
Quiſquis es, ex illo, Zoile, *nomen habes.*

Et Martialis Epigr. l. 11. Ep. 93.

Mentitur, qui te vitioſum, Zoile, *dicit;*
Non vitioſus homo es, Zoile, *ſed vitium.*

Ad Zoilum Homeromaſtiga. [a] Ελεγλικόν.

ZOile, *tot niveos poteris ſpectare lapillos?*
Calculus atque tuus diſcolor unus erit?
Suſpendas *potius, ne* ſuſpendaris & *ipſe,*
Et [a] *crux cenſuræ ſit tibi pœna tuæ.*
Omnia cum dixti, ſolus regnabit Homerus;
Omnia cum dixti, Zoile, *ſolus eris.*
Hactenus ergo pares, quod uterque excellitis, ille
Arte ſua cunctos, Zoile, *tuque tua.*
Cui palmam tribuunt omnes, tu ſolus Homerum
Carpis: nec ſimilem tu, nec Homerus *habet.*
Cæſar *at à* caliga *dictus* [b] *damnare Poëtam*
Auſus: & huic poterat quid placuiſſe boni?
Odit? an invidit Vati ſuper æthera noto?
Quid mirum? ſocio, Zoile, *macte tuo.*
Euge! & adhuc tu ſolus homo tam cenſor iniquus:
Quomodo? [c] monſtrum *hominis, non homo* Cajus *erat.*

Vit. Calig. c. 34.

[a] Alii cum (*Zoilum* ſc.) ſcripſerunt à Philadelpho eſſe in crucem fixum (*ob maledicentiam ſc. in* Homerum) Vitruv. Architect. l. 7. in Procem.
[b] Cogitavit etiam de *Homeri* carminibus abolendis. *Sueton.*
[c] *Id. ib. c.* 22.

Ad eundem. Ode Στηλιτθλική.

HOmeromaſtix, *improbe* Zoile,
Os turpe, tabo Gorgonis *oblitum;*
Livoris æſtrum, fel, venenum;
Spuma canis Stygii, & *paludis:*
Qui ſolus audes nomen Homericum,
Qui ſolus audes numen Homericum,

Numen,

Numen, quod omnes una adorant,
Sacrilega temerare lingua.

Infame monſtrum, Lernæ calumniæ,
Halans Mephitin gutture lurido,
Ter Sycophanta, ſcurra cæli,
Mome Deum, jaculator audax.

Quouſque Solem miſſilibus petes?
Solem Poëtarum & jubar ingeni
Sic dente mordebis canino,
Et rabido lacerabis ore?

Vides, ut omnis doctior orbis, &
Gens tota Phœbi Mæoniæ ſimul
Conſpiret in cultum Camœnæ,
Unius & veneretur aras,

Supplex Homeri? *En quanta virum cohors,*
Vati corollam nectere geſtiens,
Feſtinet ultro jura templo,
Et capiti dare ſerta ſacro.

En quanta moles te, miſer, obruat!
Quot ora læſi numinis arguant!
Quin te reum mox confiteris,
Teſtibus innumeris revicte?

Crimen fatenti crux tibi debita;
Hoc præcipit lex, hoc ratio jubet,
Vult gentium hoc Niloticarum,
Et Phariæ, *dominator aulæ.*

At non carebis, Zoile, *nænia,*
Leſſove; Muſam dat tibi præficam
Homerus, *& funebre carmen*
Pangit, & hæc tibi juſta ſolvit.

Ὦ πόποι, ἦ μέγ' ἄριστον ἐν ἀνθρώποισιν ἔειπεν,
Ὅς τ' λωβητῆρα ἐπισσόλον ἔχ' ἀγοράων.

FINIS.

